



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.


Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

73. N. 19.



MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

73.V.19

HANS

JOH.

ANTIBAR

B ARORVM D ERASMI

Roterodami, liber unus, quē iuuē
nis quidem adhuc lusit: ceterū
dū desideratum, demū re-
pertum non iuuenis reco-
gnouit, & uelat postlīmī
nio studiosis restituit.

Ex quo reliquorum,
qui dījs propīcījs propediem ac-
cedent, lector conjecturam
facias licebit.

BASILEAE APVD IO.FROBE
NIVM AN. M. D. XX.



ERASMVS RO. TERODAMVS IOANNI SAPIDO SVO S. D.



IRAM quādā esse na-
turæ uim atq; ~~irreparab~~
uel hinc colligo Sap-
idē charissime, quod cū
me puero prorsus exu-
larēt ludis literarijs bo-
næ literæ, cum deessent
librorū ac præceptorū
sublidia, cū nullus ho-
nos adderet ingenio calcar, imo cū passim ^{cuncti} omnes
ab his studijs deterreret, & ad alia cōpellere nt: me
tamen nō iudiciū, quod mihi tum per ætatem esse
non poterat, sed natiuræ sensus quidam ad Mula-
rum sacra uelut afflatum rapiebat. In uilos habe-
bam, quoscunque noueram humanioribus stu-
dijs infensos. Adamabam, quos eadem delecta-
bant, qui in his aliquid opinonis sibi parassent,
eos ceu numina quædam uenerabar, ac suspicieba.

A 2 Huius

Catepinas / spirito aliquando sumite & òursum apicio interdum &
respondere trahi & suspicuum habere i hor loco aut & venerari
est. Catepinas ad spiritu & spes significat & prie Tristano & am-
an festa auf & in fabri

4 ERASMI ROTERODAMI, IN ANTIBARI

Huius animi ne senem quidem adhuc pœnitet. Non
quod aliorum studia damnem, quæ mihi non perin-
de placuerunt, sed quod intelligam quæ frigida, mani-
ca, cœlaque sit eruditio, si quis Mularum detrahat præ-
sidia. Cæterum dictu pudendum, quæ hanc longe
optimam doctrinæ portionem, stolidè contemnante
quidam, poetram appellantes, quicquid ad uetus tam
ac politiorem literaturam pertinet. Hi cum mihi puero,
satis odiose faceſſerent negocium, meq; à meis amori-
bus depellerent, institueram ulcisci me calamo, sicutamē
ut nullius nomen perstringeret. Nondum annum uige-
ſinum attigeram, cum hoc operis sum aggressus. Pau-
culis deinde post annis, uisum est idem argumetum in
dialogū retexere, quo lectio minus haberet tedij. Ope-
ris summam in quattuor libros digeſſeram. Primus re-
ſellebat ea quæ quidam uel superstitioni, uel hypocritæ
religionis uerius, quæ religiosi ſolent nobis in os iace-
re. Secundus, subornata persona, qualis est apud Plato-
nem, Glauco, ſumnis eloquentiæ uiribus, uituperabat
eloquentiam, totamque rhetorices panopliam, ex inti-
mis illius armarijs petitam, in ipsam rhetoricen expe-
diebat: adeo, ut felicis memoriaræ Ioannes Coletus, fi-
mulate librum eum legiſſet, ſerio milii dixerit in fa-
miliari colloquio, planè liber tuus mihi persuasit negle-
ctum eloquentiæ. Cuimque monerem, ſuſpenderet ſen-
tentiam.



BAROS PRAEFATIO.

tentiam, donec audiret eloquentiae patrocinantem, ne
 gabat à me posse dilui, quæ intendissem. Tertius refelle-
 bat secundi voluminis argumenta: uerum id nondum
 absoluieram. Quartus agebat separatum causam poëti-
 ces, mihi pueru, tenere ad amata. Hunc nondum diges-
 seram, sylua tantum ingens erat congesta operi futu-
 ro. Primum librum locupletaram Bononiæ, iam medi-
 tans aditionem. Secundum emendaram: relicturus
 Italiam, deposui apud Ricardum Pacaum, librum om-
 ni uitutum & ornametorum genere cumulatum. Apud
 hunc uterque perit, eorum uidelicet culpa, quorum
 fidem vir sincerissimus è suis moribus astimabat: prio-
 ris libri iactura, me sanè leuiter mouit, quod nimium
 resiperet ingenium puerile. Et in hunc crassissima quæ-
 que congregatam. Ceteros malebam superesse, sed ali-
 ter uisum est fucis istis, qui cum ipsi nihil praedari mo-
 liantur, insidiantur alienis labōribus. Louanium ubi
 commigrasse, comprei primum librum, ut olim à me
 scriptus erat, latius esse sparsum, quam ut premi pos-
 set. Parum enim absuerat, quin iam euulgatus fuerit
 à quibusdam, qui sedulo magis quam prudenter fa-
 uent ERASMO. Id nequando fieret, ipse recognitum
 librum typographis commisi: cum alioqui perpetuo
 suppressum maluissem, præsertim cum hac de re pro-
 diderit opus, eruditum, acutum, & expolitū. Hermani-

a 3 nus.

6 ERASMI ROT. IN. ANTIBAR. PRAEFATIO

nius Buschius, cui titulum fecit, *Vallum humanitatis*.
Sed tamen à nobis ut ^{emendat} *q*uam ^{pmo} *q*uam ^{versus} recognitum exire maluit.
quām sic ut erat descriptus, nempe deprauatissime. Ad-
detur secundus si licebit nancisci. Reliquum operis ad-
detur è pectore nōstro, nisi penes quos lateant nostri cō-
mēptarioli, maluerint esse boni uiri, quām alienarum
vigiliarum furūculi. Quibus hæc pars, quæ totius op-
eris tērrima est, non omnino displicet, aduigilent, ut cæ-
terā quoque peruestigentur. Eo libentius dabimus &
aliam quæ nobis adhuc in schedis sunt indolata; uelut
opus de consribendis epistolis. Interim tibi
dicabitur hoc fragmentum eruditissime
Sapidè, qui tuæ ciuitatis iuuentutem
non minus diligenter instituis bo-
nis moribus, quām bonis lite-
ris. Constater perge quod
coepisti, neque conquie,
scito, donec
omnem barbariem
pro tua uirili è Germa-
nia nostra profligaris. Satis
diu nos ipsos ignorauimus penè
pro beluis habiti, ijs, qui sibi nihil non
tribuunt, Bene uale. Louanij.

ANTIBARBA

RORVM LIBER PRIMVS,
AVTORE D. ERASMO
ROTERODAMO.



V M adolescens, p̄e-
stilentia que tum
apud nostrates in-
clementissime s̄aevie-
bat, defugiendi stu-
dio, i rūculū quod-
dam Brabaticū me
cōtulisse, tū salu-
bre, tum amicenu :
quod is locus nō solū tuendæ saluti, ueruetiā
studiorum secessib⁹ uel maxime uideretur
idoneus, hoc nomie uel Platonis Academia
potior, quod ocio par, salubritate uinceret, cu
illa pestilēti cōlō fuisse legam⁹. Hic præter sa-
lubris

Ait se pestilētie conju-
nis migrasse in Surinam
os suos ad p̄u uermis sed
per uermes morti ibi dimidij
1558

Brabantia regio et de
Germania



Academia longi nō morari uilli præssi⁹ ab athenis distas ab avara domo h̄eros si appelle
gymnasiū pluroris celebritatis m̄bi nōq; & plato obi cō philosophi⁹ studiū diuīsi p̄t līst
mōp̄ seq̄uitia mōrūq; cōlebitate insignis fuit vulgo curuimia gymnasii teneat in Sapi
gymnasio nōrū re literā

S ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS.

lubris auræ cōmendationē, habebat & silenti plurimi,
āmenitatis etiam quantum philosopho satis esset, for
tassis & Mulis, quæ lympidis fontibus, ac ripis smara
gdnis, & opacis nemorum umbris delectari feruntur:
hic latitatem, ac suauiter rusticantem præter spem inui
sit Hermannus Guilhelmus, tum æqualiū meorū unus
longe mihi charissimus, qui cum mihi à teneris (ut aiūt)
tinguiculis, singularis quædam charitas saneçj iucūda
studiorum societas, sic cū ipsa propè ætate accreuerat,
ac penitus ijs uinculis, ea fide, ea benevolentia congluti
narat, ut nec Oresti Piladēm, nec Pirithoo Theseum,
nec Patroclo Achillē, nec Damoni Pithiā, nec Eurialo
Nisum coniunctiorem fuisse crediderim. Adeo copulat
arctius animos hominū, puerilium studiorū cōmuniō,
quām ulla cognitionis, aut affinitatis propinquitas. Ex
huius igitur aduentu, uel hoc etiam gratiore, quod esset
inexpectatus, cum incredibilem cœpissēm uoluptatē, ne
hoc tāto bono solus adeo fruerer inuidus, cōmuni ami
co Iacobo Battō, qui pximæ ciuitatis Berganæ tū erat
publicus à secretis, cōfestim renunciandū curo, homini,
deū immortale, quo candore, qua morū suauitate, qua
doctrina, q̄ felici facūdia, Is iampridē partim mea præ
dicatione, qua de ueteri sodali lubens apud recentē uti
solebam, partim ipsius literis accēsus, incredibili quodā
uidendi Guilhelmi desiderio flagrabat. Nemine enim
achuc mortaliū uidi, qui sic admiraretur, sic ueneraret.
sic

sic adamaret eruditos, præsertim in his literis, quas non
absq; causa bonas appellant. Is uero simulatq; rescivit,
ascito è congregonibus suis uno duntaxat, non dicam
accurrit, sed prorsus aduolat, idq; adeo nocte ferè cōcu-
bia, quod interdiu ægre liceret abesse: præsertim quod
nuper in administrationem Reip. uocato, omnia popu-
larius, ac studiosius essent obeūda. Eius noctis minima
portio somno tributa est. Vixdum diluxerat consurgi-
tur, redditur ad literatas fabulas, mox coeli serenitas ad
prodeambulandū inuitat. Obambulatur, ac loci situm,
regionisq; faciem hospiti demōstro. Ibi forte fortuna
in diuerticuli ponte consistentibus, de improviso Iodo-
cus Medicus, uir cum primis humanus atque eruditus,
utnā cum Guilhelmo Conrado, eius urbis ciue prima-
rio, de uia nobis seſe ostendit. Erat huic haud procul à
nobis prædiolum rusticum, quo uir prudentissimus
recipere seſe solitus erat, quoties eū urbis urbanorumq;
negociorum coepisset. Satietas (nam apud suos summo
magistratu subinde fungebatur) quoties fluctus illos ci-
vium cauſarum uoluſſet paulisper effugere, quoties
nugari liberius, atq; (ut ait Flaccus) discincto ludere col-
lebitum esset. Porro perpetuum hoc tempus, quod ruri
agebatur, aut ille apud nos, aut nos apud illū eramus,
tum quod hominis & cornis & eruditī cōsuetudine de-
lectabar, tum quod essent mihi quædam cōmunia cum
illo negocia. Is ubi nobis conspectis, suo more blandius
B arrisſſet,

10 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS

arrisisset, mox ego: Quò tam mane, inquam, fugitiue?
 Male (ita me deus amet) cū Rep. agitur, quæ tibi sit tra-
 dita, qui tanq; luscinia quædam nemoribus nihil ante-
 ponis: urbem nō secus quām caueam odisti. Quid cum
 ture consuli, quid tibi cum hoc ocio, homo hominū qui
 uiuūt turbulentissimē? Ad hæc ille exhilaratus, prorsus
 inquit, tuis delitjis inuideo, homo hominum qui uiuūt
 felicissimē, qui dum nos miseri turbulentissimi illis ne-
 gociorum undis sursum ac deorsum iactamur, oculos
 interim, ac uacuus, cum tuis camœnis obambulas, & ani-
 mum oblectas, nūc cum amiculo quopiam, quicquid li-
 buit garriens, nanc cum ueterum scriptorum aliquo cō-
 fabulans, interdum poëticam aliquam cantilenam mo-
 dulans, nonnunq; chartis seu fidis fodalibus commi-
 tens, quod animo uersaris. Quo minus miror, si nobis
 per sepe uocantibus, tu à tuis istis nemoribus in urbem
 extrahi nequeas. Hic ego, Næ tu, inquam, nō paulo mi-
 nus desipis, quām tri collegæ, q; istoc sis animo. Quod
 si tuæ te Sirenes sinerēt, cupiditas atq; ambitio, mirum
 ni istos fluctus planè cum totis urbibus facile contene-
 res. Sed dum parum optimatē uideri pudet, parum re-
 ste quid ad iucundam uitam sit optimum eligis. Tum
 ille: Non ita procul, inquit, à scopo tua aberrat oratio.
 Atq; utinam inficiari liceret quod dicis, sed exutiā me
 fortassis aliquādo, & Scipionem illum tuum, quem mi-
 hi prædicare nō desinis, imitabor. Vetus interim cum
 per

per dies aliquot ferias à negočijs futuras scirem , & heri forte uespertinus occasus serenitatē polliceri uideretur. sub aurorā rus me cum tota familia contuli. Simul autē & Battum intuitus, ex insidijs se proferentem: Et unde, inquit, tu hūc: aut quinam cedo tam mane, qui nobiscū heri ad multam usq; noctē potaris ? Hic Battus homo, ad iocos factus: Mirari, inquit, nō debes, si nocturnum compotorē tuū manē ruri offendas. An ignoras quanta soleam esse noctua ? Adest qui me Dædalum fecit. Apud Nasonem cuidam pedibus timor addidit alas, mihi amor, alas plusq; Dædaleas assuit. Atque interea Guilhelmū cōniuēs, subindicabat. An tu putas fieri posuisse, ut Battum à tam desiderati capitis conspectu tenebellæ ille remorari possent, quas leuioribus etiam in rebus sāpenumero fortiter contempstis ? Arrisit consul, confcius Battū in prima adolescentia, ad furtiuos puerularum amores fuisse propensum à quibus tamen mox auocarunt literæ. Potrò ubi de Guilhelmo sensit cōsul, continuo ipse quidem cum Medico de rheda descendit, uxorem uero cum sua pompa (ut aiebat) in villam præmisit. Hic ego: An nō, inquam, de nostro rure perquam maligne sentis, qui tantum puellarū gregem tecum apportaris? Quid ita respōdit ille? Quia satis appetet, inquam, tuo iudicio, neq; Pieridum, neq; Charitum, neq; Dryadum, neq; Naiadum ullam in nostris uersari nemoribus. Imò chorū, inquit, facere uolui, & uestras se-

B. 2 mideas

mideas cum his humani generis Nymphis coniunge-
re. Sub hæc Battō paululum seducto, familiarius in au-
rem: Scelerate, inquit, cur nō passus es me Icarum tuum
tecum huc aduolare: præsertim cum scires me non mi-
nus teipso hominis uidendi desiderio teneri, idq; adeo
tua opera. Primum omnię terrebar, inquit, deinde, ne
dolo dicam, inuidetib; tam opiparam uolupta-
tem, ipse adhuc famelicus: expletus, tum denique soda-
les aduocasset, quare (ut ingenue fatear) nunc quo-
que uenisse te submolestem est. Vereor enim ne homo-
negociosissimus, qui non solum ut Cætias quispiam
attrahas negocia, uerum etiam ultro sequentia fugien-
tem, nusquam non tecum circumferas, ocium nostrum
tionnihil sis inturbatus. Iodoci quoque, quem te-
cum adducis tetricam philosophiam oditus. Nos per-
petuum hoc triduum meritis nugis libertimisque susur-
ris transigere decreueramus. Quid inter hæc nobis cum
fasibus, aut quid cum supercilio philosophorū? Tum
consul: Imò, inquit, in tempore adsumus, unā nugabi-
mūr omnes. Nam & Iodocus quicquid seuerioris phi-
losophiæ uxori commisit (habebat autem submoro-
sam) & ego consulem domi reliqui. Quæ cum risisse
mus: Agite, inquit Battus, si fidem datis ita futurum, re-
cipimus uos in gregem nostrum. Deinde consalutato
Guilhelmo, perreximus obambulare, nō sine uarijs. (ut
sit) sermonibus, de regionis situ, de soli natura, de cœli
salubritate

D. ERASMO ROTEROD. A V T O R E ;

salubritate, de calamitate nostræ Hollandiæ: tādem (ut
folet in huiusmodi fabulis alius ex alio sermo incurre-
re) in ueterem quidem illam, sed prorsus iustissimam
nostrorum temporum querelam incidimus. Quareba-
mus non sine uehementi admiratione, quæ tam uasta
calamitas, tam uberem, tam florentem ac lætam opti-
marum artium frugem dissipasset: quod tam dirum
& immane proluuium, omnes propè ueterum literas
olim purissimas, tam turpiter confudisset: Qui fieret,
at nos priscos scriptores tam immenso interuallo seque-
remur, ut qui nunc doctrinæ tenerent arcem, pauculis
quibusdam exceptis, uix idonei uiderentur, qui cum pri-
scorum mulierculis, aut pueris elementarijs, in palestra
literaria possent decertare: & qui nūc Imperatores exer-
citum ducerent, apud illos ne inter gregarios quidem
milites asscribi mererentur: quiçy nūc disciplinarum
clauum moderarentur, tunc ne in sentina quidem locū
inuenissent. Ac Medicus quidem, homo promptæ fa-
cundiæ, sed astrologiæ mire deditus, cui nihil non tri-
buebat, alioqui vir pius ac probus, totius malī cau-
sam in sydera rejicere moliebatur, per multa in eam re-
ditterens, cum acute, tum etiam probabiliter: ab his
terum humanarum uicissitudines proficiſci, hinc or-
ta atque extincta rursus imperia, hinc regna aliunde
alio translata, hinc toties immutatos mortalium ani-
mos, mores, habitus, studia, fortunas fluxisse docebat.

B ; Syderū

14 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS.

Syderum certas quasdam esse uices , nec uim omnibus
 eandem, alia studijs amica , alia rursus infensa . Ita sicut
 ut illis imperia uicissim alternantibus , studia quoq; in-
 uicem modo frigere , modo uigere , modo iacete , mo-
 do in precio esse contingere : & ab orbe condito prope
 reperens , singularium artatū mutationes , magna admis-
 tatione memoriae , collegit . At cōsul nō improbatis usq;
 quaq; quæ differuerat Medicus , literarum interitū mul-
 tis coniecturis in Christianam religionem conferre nite-
 batur Nō quod de hac parum pie sentiret , cui & si quis
 aliis erat addictus , sed quod ab hac crederet ansā esse
 porrectam . Videbant exordia nostræ religionis non à
 philosophis , non ab oratoribus , nō à dialecticis aut ma-
 thematicis , sed à simplicissimo Christo nata , ab idiotis
 apostolis propagata . Proinde mūdanis disciplinas pri-
 sci religionis cultores , ut rem Christo inimicam horre-
 bāt & pulchrum habebatur , nescire prophanas literas :
 neq; minus laudis erat , negligentē philosophiam Ari-
 stotelicā aut Platonicā , quām contemnenti regna , cal-
 cantī diuitias , spernēti uoluptates . Quicquid enim mū-
 dus suspiciebat , hoc fastidij religio , cuius studio uehe-
 menti magis quām sapienti . & immodico quodam ad-
 uersariorum odio , cum quibus adeo sibi nihil uoluerūt
 esse cōmune , ut uel optima relinquerent , neglectæ sunt
 disciplinæ liberales , nihilo prudentius agentibus , quām
 si Gallus odio Britānorū mallet nudus incedere , quām

panio

panno apud Britannos textu uestiri: aut si Britanniis mallet siti disrumpi, quam uinum bibere apud Gallos natum. Et fortassis erant, qui simpliciter errantes, negligerent studia literarum, erant & qui laborem fugientes, inertiam suam honesto religionis nomine praetexerent, quando sub nulla umbra melius tegitur iners ocium, & segnis ignauia. Nonnulli fortassis, & haud scio an multo maxima pars, non alia de causa oderunt bonas literas, quam quia non didicerat, & pigebat simul ac pudebat discere. Huc adiuuerunt primum tyranni quidam, qui Christianis scholas precludebant, existimantes fore, ut religio destituta doctrinæ, facundiæcꝝ præsidij, sponte sua conserueret, & tandem aboleretur. At cum sentirent se per aduersarios eruditionis & eloquètiaz præsidij urgeri, cooperunt & ipsi h[ab]sdem armis ac telis communire sese, ut hostem suo (quod aiunt) gladio iugularent. Deinde secuti sunt homines imp[er]se p[ro]p[ter]i, qui cum animaduerterent ex ethnicoru[m] libris, uehementer adamatis ob eruditionis splendorem, & illecebram eloquentiaz, bauriri etiam nonihil paganissimi, iamcꝝ sicubiq[ue] propagatam esse religionem Christianam, ut eorum libroru[m] usus non magnopere desideraretur, ad confutados aduersarios, hoc incumbebat, ut extincta superstitione Iudaoruma, & Ethnicorum simul & literaz & lingua[rum] tollerentur. Fortassis & illud perspexerunt, non optime conuenire puræ religioni, & perfectæ doctrinæ. Pietas fide nititur: eruditio

tio uestigat argumentis, & rem in quæstionē uocat. Postremo sit, nescio quo pactō, ut minus tractabiles sint eruditī q̄ idiotā. Atq̄ hinc est, quod abbatum uulgas hodie nihil magis cauet, quām ne monachi altius pene trent ad bonas disciplinas: Malunt enim ouibus quām hominibus imperare, nec ob aliud malunt, nisi quia facilius est. His rebus factum est, ut neq̄ studijs suis homines haberetur, & optimi quiq̄ libri unicū literarū custodes, aut data opera perderentur, aut neglecti interirent. Mox eò deducta res, ut turpe etiam sibi ducerent principes ac præfules, scire literas. Ne tamē omnino cæca esset hominum uita, si nulla extaret eruditio, omnis cura, professioq̄ literarū in monachos est relegata, à quibus aliquandiu non omnino pellime tractatae sunt. Mox cum hi quoq̄ superciliosi turgidi, ad luxū sese uerteterit, neglectis linguis, neglecta antiquitate, nara est, nescio quæ perturbata doctrina, & prorsus ineruditatio, qua non solum humanae disciplinæ uerum etiam ipsa theologia miseris modis uitiata fuit. Haec aliaq̄ in hanc sententiā cum differuerisset cōsul, Guilelmus tum plurimis coniecturis, tum grauissimorum scriptorū autoritate sese moueri dicebat, ut omnium rerum senium quoddam esse crederet. Mundum uniuersum, & quicquid hic dignit mūdus, sua quadā iuuenta subolescere, ac rursum postea q̄ ad summū uigorem suis auctibus peruenierit, tādem ad senium uertgere, ac sensum in dēte-

tius

nus prolabi, Cybelen illam deorum parentem iam ste-
nilescere, & quæ olim iuuenes deos gignebat, nūc longo
pariedi usu effetam, uix homines producere: hūc enim
referebat ænigma huius fabulæ. Nō pauca in hanc sen-
tentiam, & è priscis illis theologis, nostratibus tamē, ad-
ferebat, sed quæ ad rem non admōdum pertinet, ut hic
uerbosa oratione recēsam. Breuiter eò euasit, ut nostri
temporis homines, ingenio minus ualere diceret, quām
ueteres illi ualuiſſent, naturamq; quasi senescēte, quæ
olim non corpora modo præstantiora, uerum etiam in-
genia magis (ut ita dicam) mascula, felicioraq; produce-
bat: nunc homunciones, ut pusilliſ corporibus, ita inge-
nijs non paulo deterioribus generare. Itaque demum
fieri, ut quæ ueteres inuenire potuerūt, nos ne percipere
quidē possemus inuenta. Cumq; illi mirabilem doctri-
næ uim cum eloquentia pari coniunxerint, nos alterum
etiam horum parum feliciter tentare: Quæ cū admira-
rer, quædam quasi declamatoria ratiōe adeo scite à sin-
gulis disputata, ut mihi nemo non confessa dixisse uide
retur. Battum meum iam dudū dicturientem animad-
uerti, ac nescio quid secum parturiente. Erat enim ut in-
genua quadam dicendi libertate, non sine dicaci uehe-
mentia præditus, ita non secus ipse barbaris quām illi li-
teris, infensus, adeo ut ad occursus horum frequēter aut
nausearet, aut incādesceret: nōnunq; uelut omen infau-
stum, mutata uia declinaret. Hunc igitur ceteris expe-
ctantibus

Etantibus intuitus: Dormis, inquā, Batte, & iam Battus
 non es. Vides ne iamdudum equum in planitem suā
 prouocari? Arrisit ille, & mouit caput. Mox ut magis
 etiam hominem excitarem, rogabā, ecquid ista proba-
 rent. Tum ille uultu, quo solet, faceto: Perquam magni-
 fice quidem dixistis omnes, inquit: uerum interim pro-
 missa non præstatur fides. Conuenerat, ne quid præter-
 nugas ageretur, & in medium philosophiam repente in-
 cidimus, quanç uestra ista uel iratum me nō nihil dele-
 etarūt. Verum quid nostræ cessatiūculæ, cum istis tam
 impeditis, ut uix Chrysippus etiā ipse, aut Carneades,
 & ieiunus & elleboro purgatus expediuerit. Nā tu qui-
 dem Iodoce, ita philosophum domi reliquisti, ut astro-
 logum nobis attuleris: & tu ita consulem posuisti, ut phi-
 losophum (si superis placet) indueris. Dionysium op̄i-
 nor, illum Syracusanum imitatus: quanç quod attinet
 ad sententias, nemini uestrū prorsus accedo. Atç inter-
 rim ingeniu & eloquētiā miratus sum potius, quam
 iudicium. Alius enim innoxia sydera uocauit in crimē,
 alius optimam religionem poenæ ream egit, alius natu-
 ræ, nescio quā, senectam causatus est. Iniquissime (quan-
 tum ego quidem sentio) omnes. Quale enim est obse-
 cro, culpam hominum in res ipsas reūcere? Et quod no-
 stro uitio commissum est, quo quis relegare potius, quam
 culpam nostram agnoscere? Quod si studio nobis est,
 malorum causam, quæ negari non possunt, à nobis de-
 pellere

pellere, quin quicquid in uita mortalium accidit malum, in
 Aten Homerica rejicimus: quemadmodum apud eum
 poetam facit Agamēnon & Iuppiter. Utque Christiano
 rū uulcus, quicquid sua stulticia designat in cacodæmo-
 niem autorem, & instigatorem reficiunt. Quam fenestrā
 si patimur aperiri, quid obſtiterit, quo minus posthac, li-
 bidinosus iuuentam, auarus ac fōrdidus senectam, am-
 bitiosus fortunam, iracundus corporis temperaturā ac-
 cuset: Quin ego omissis ambagibus, istius rei autorem,
 quem cœlo terraque queritis, uel indice, si lubet commō-
 strabo: quod ut faceret flagitantibus nobis, cōſulem dī-
 gito designas: Tute, inquit, si nescis, istius autor es mali,
 in tuū caput omnis hæc culpa refunditur. Cui cū Resp.
 suas fortunas omnes, suam salutem, dignitatem, ampli-
 tudinē: denique quo nibil habet charius, suos liberos in
 manus dederit, tu tam pestilētes homines in ciuitate fe-
 dere, quid autem dixi sedere, imò regnare finis impune.
 Cumque consul admiratus interpellasset: Quos tandem
 istos aīs tā pestilētes. Hos, inquit ille, aſellos Arcadicos,
 ſiue mauis, Antronios, quos publicis in ludis, in quibus
 optimæ literæ tradi debuerant, impudentia plus quam
 asinina paſſim audis non loqui, ſed rudere: qui magna
 (ut est apud Fabium) confidentia atque autoritate Stulti-
 ciā ſuam perdocent: qui ſe ob eam rem ludo literario
 præfectos, imò adeo natos arbitrātur, ut nos quicquid
 est bonarum literarum, dedoceat, ut omnibus ſuam in-

C 2 culcent

culcent inscitā, ac sui similes reddant. Simulq; permul-
 tos nominabat, qui id temporis insigni stoliditate nobi-
 les habebantur, cum quibus monstris Battō cōtinuum;
 & irreconciliabile bellū erat, donec publicum eius urbis
 ludum moderaretur (nam hinc ad secretarij munus erat
 ascitus) quorum ego nomina prudens supprimō, siue
 quod hoc ipsum famae illis inuideam, dignis qui sempī-
 ternæ obliuionis tenebris sepulti iaceant. siue quod no-
 lim meas chartas spurcissimis nominib⁹ inquinari, pra-
 fertim cum huius generis maximus ubiq; sit numerus,
 ut semper fuit pessimarum rerum maxima fœcunditas.
 Hiscine, inquit, beluis miseri ciues sua uiscera cōmittūt,
 his clarissimi principes liberos suos credunt, his genero-
 fissimis ingenijs prædicti adolescétes, & ijdem bonarum
 artium audi committuntur, quos ex ingenuis rusticis,
 ex indoctis indociles, ex stultis infancis reddant. Hæc
 inquam, in tua Rep. fiunt, te ciue, te primate, te consule?
 Priuata, atq; adeo minimi momenti negocia, mirū est
 quanta uitigilantia currentur: hæc pestis & publica, & tan-
 ta, quanta in Rep. non queat ulla maior existere, negli-
 gitur, imò fouetur? In alios sc̄otes, qui uel paulū aliquid
 priuati damni dederint, perquām seuere animaduerti-
 tur: hic ære mulctatur, ille uapulat: alius ob æs alienum
 ultra diem prolatū, in carcerem detruditur, alius in exi-
 lium ejicitur: alij ob inuolatum poculum, aut nummo-
 rum pauxillulū, laqueo guttur frangitur. In his & hu-
 iusmodi

Iusmodi ualet disciplinæ severitas, ualent leges, uigilant
 magistratus, & eum qui liberos uestros, quibus (ut par-
 est) nihil habetis antiquius, nihil dulcius, unicum Reip.
 spem, tam indigne corrumpit, non ejicitis, nullo supplicio
 dignum ducitis? Capite plectitur, qui equum abduxit: &
 qui tot tam chara ciuitatis pignora prodidit, imo perdi-
 dit, eum non iugulatis? In eum qui equum conductum
 fecus quam debuit, habuit, ex legibus est actio, & filij
 male tractati, nulla est actio? Si uillicus hic tuus, huius
 uicinus felicem agrum, tritici feracem, zizanijs ac iuncis
 consereret, dic mihi te quæso, quid faceres? Ni mirū ejice-
 res, in ius uocares, damni dati reū ageres, & nullo sup-
 plicio dignus uidetur, qui felicem ac generosam puer-
 rum indolē ita imperitiæ spinis ac uepribus occupauit,
 ut non sarculo, ac ne incendio quidem repurgari queat?
 Qui in feriendo nomismate, paulum modo aliqd fraudis
 admisit, horrendis exēphis poenas legibus dare cogitur:
 at qui pueros in suam fidē acceptos, pro liberalibus &
 saluberrimis literis, nil nisi merā stulticiā docuit, præmio
 dignus uidetur? Nec alia in re sunt uel oscitantiores, uel
 infeliciores, summi etiā príncipes. Adhibent multi qui
 prægustet cibū, non adhibent qui dispiciat, quid in ani-
 mū ac pectus illorū infundatur. Periclitat medicus aut
 chirurgus, si parū accurate tractauit principis corpus, &
 nihil est periculi istis, qui sic tractant animū tam multis
 imperaturū? Non temere cōmittis equū curadū, ac fin-
 C, gendū.

ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS.

gendum, nec circūspicis, cui credas fingēdū filiū? Quasi patris officio functus sis, si modo genueris, ac non multo maxima pars sit officij paterni, recte instituere quod genueris. Quid enim refert bene natum esse, nisi ad naturam accedat honesta educatio? Non cuius credis collendum fundum, cōsulīs probatos agricolās, longōcōrerum usu probatos, & filiūm praeceptorī traditurus, excepto chotyrrannis istis quempiam in consilium adhibes, & uiam, quam ille cæcus tibi monstrauerit, ingredēris. Ex horum sententia quemlibet scholæ publicat præficiis, quorum iudicio non debebas stabulariū asciscere? Nihil est similius regno, quam ludi literarij moderator, & his tyrannidem permittimus in liberos, quos si nosset, nolles imperare canib̄s tuis? Magno cōducitur, qui iuuentutem uerberibus ac minis excarnificatam, doceat & scire nihil, & sibi uideri nihil nescire: quin saepenumero sit, ut mores istorum nihilo sint meliores literis. Quantum autem flagitiū, primam illam ac felicissimam ætatem, bonis disciplinis à natura datam, īs inficere, quæ aut maiore labore post dediscenda sint nobis, aut magno nostro malo tenenda. Tria sunt unde potissimum rerum publicarum salus, aut etiam pestis mihi pente-
te uidetur, à principe recte aut secus instituto, à concionatoribus publicis, & ludi magistris. Sed huius postremi par erat potissimum curam agi, quod ludi magister primū innoxiam ac rudem ætatem curat, quæ sibi nondum

dum potest prospicere, deinde optimæ spei annos, qui
 & fugiunt oxyssime, & redeunt nunqz. Apud Rhomani
 nos olim atrocissimo supplicio necabatur, qui nō ex usū
 publico gessisset imperium. Vtinam extaret similis ali-
 qua lex, quæ in perniciosos pueritiae moderatores di-
 gnūm aliquod exemplum statueret. Nūc honos etiam
 isti bēluæ, & sic merito, datur ex publico merces. Quin
 tanta pestis publicis manibus potius discerpitur? Cur
 non in solas terras aliquò deportatur? Cur tu cōsul Ca-
 millum tribunum illum militarem non imitaris, ut quæ
 admodum ille malæ fidei magistrum, nudato à tergo
 corpore, uinctisqz manibus, pueris ijsdē, quos hostibus
 prodiderat, flagris in Faliscorū urbem redigendū tradi-
 dit, ita pari pōpa pueritiae corruptores istos ex urbe tua
 cures exigendos? Miraris interire literas, cum cerdones,
 imò caudices, ludos teneant literarios? Miramur anti-
 quam eruditionem iam olim degenerare, cum doctori-
 bus ipsis nihil sit indocti sūt: magis equidem mirarer, ni
 sic eueniret. Quælo te, quid à rudi præceptore possit ex-
 pectari, nisi rudior discipulus? Atqz ut est in ueteri pro-
 uerbio: Quid à malo coruo, nisi maltum ouuum? An hic
 uerum non est quod scripsit Horatius?

Est in iuuencis, est in equis, patrum

Virtus, nec imbellem feroces,

Progenerant aquilæ columbam;

Fortes creantur fortibus,

Arqui

24 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS

Atqui fieri videmus. ut filij non semper referant corporum uitia, quae erant in parentibus. Noui ipse fratres aliquot, cæco patre, matre clauda natos, quorum nemo tam cæcus esset aut claudus. Cæterū ubi animus in animalium transfunditur, & ingenium ab ingenio formatur, fieri non potest, quin discipulus referat præceptorē, uelut animi parentem. Quid hic sydera & cœlū innoxium criminamur? Quid immerentem naturam incusamus? Quid salutifera cōmeruit religio, ut in tātam inuidiam adducatur? Tu modo aduigila, ut parentur idonei præceptores: dent operam principes, ut sit bonos bonis literis, uidebis nimirū neq; sydera, neq; ingenia nostris seculis, imò nec regionibus adeo defuisse: rametsi nō insitior, uix alia reperiſſi crassiorē, quod ad literas dūtaxat attinet. Quod si ipsi nobis (ut facimus) defuerimus, frustra uel uniuersum arrideat cœlum: apud nos fata! illi cometæ sunt, qui suo afflatu pestē inuehūt optimis studijs. Nihil itaque miror extingui literas, quas certatim omnes contendunt extinguere, uindicare perpauci. Vere dictum est: Honos alit artes. Et illud:

Sint Mecenates, non deerunt Flacce Marones.
Vbi nunc honos literis debitus? ubi locus expolito ingenio dignus? ubi fructus, quem longos egregiosq; labores consequi par fuit? Qui hodie profesiōne religiosis se uendant, cōsummata pietatem arbitrantur nihil scire, ac maxima ex parte aut quæstui seruiunt, aut uenti

centri ecclesiæ proceres, Epicurū ferè & Ciceronem ma-
lunt imitari. Principes quorū liberalitate studia literarū
& prouocari solent, & soueri, nō Platones iam, sed Gna-
thones sibi asciscunt. Manera ferunt, moriones, palpo-
nes, uoluptatum architecti. Pluris est quā canem bellum
adducat, quām qui librum eruditum porrigit. Sacerdo-
tiorum ampli census aut uenalia sunt, aut malorū obser-
quiorū præmia. Ad abbatias, cæterasq; dignitates, stu-
pidissimi quicq; potissimū irrumpūt. Quæritur Satyro-
graphus, quod diuines tantum admirentur, laudentq;
disertos, ut pueri Iunonis auem. At hodie probro est,
scire literas. Nunq; magis regnat, quām apud nos pesti-
lens hoc hominum genus, quoś merito ptochotyrānos
dixeris: hi rerum omniū censuram sibi vindicat, præser-
tit apud stultas, atq; etiam impudicas mulierculas, &
apud imperitam multitudinem: his persuadent egregij
fycophantæ hæresim esse, scire Græcas literas: hæresim
esse, loqui quo more locutus est Cicero. Et quis tandem
fani capit is cupiat se se tam diuturnis macerare labori-
bus, sine quibus nec mediocris literatura paratur, odiū
deniq; summarīq; inuidiam præmij uice reportatur?
Iam portò fac citra conatū, eruditionem dormienti co-
tingere, quis non malit uel in ultimas Indiæ solitudines
profugere, quām hos literatorū simios ferre? Evidem
priscorum hominum more, quos è truncis arborum na-
tos finxit antiquitas, non paulo malū inter pecora ui-

D tam

25. **ANTIBARBARVM LIBER PRIMVS**
tam transigere, quam inter hoc brutorum omnium brutissi-
mum genus, quibus apud nos nihil differt uidentur
omnia qui pari soliditate & suam rusticitatem admittuntur,
& alienam doctrinam contemnunt. Sed inter has bestias
uerius quam homines, nullum odiosius aut pestilensius
aut Musis omnibus infensius, quam isti quidam religionis larua personati, de quibus modo dicere coepi-
ram, qui uenerando cuku, simulari eorum sanctimoniam spe-
tie, non mediocrem autoritatem sibi pararunt apud idio-
tas, praesertim apud mulierculas, quarum & stulticia abu-
tuntur, & libidini fortiter succurrunt: tauri egregie obesos
neque uulgariter mortuati: hos adhibent in consilium,
& si non adhibeant, ipsi qua sunt impudentia, ultro se-
met ingerunt, uolentibus nolentibus. Consulitur igitur
camelus de saltatione, de cantione asinus. Quid enim
aliud sit cum Minorita, aut Jacobita, aut Carmelita, uel
luto oraculum consulitur, cui puer ad optimas disciplinas
destinatus, formandus tradi debeat, quibus rationibus
& autoribus instituendus sit, non aliter quam Demodo-
eus ille Plaronicus consulebat Socratem. Ibi mihi consul-
tor ille stupidus ac superciliosus, nihil Socratis referens,
prater uultum & taurinum intuitum, misera severitate cum
primis deterret a lectione poetarum. Porrò bliteis istis
poete sunt & Quintilianus, & Plinius, & Aulus Gellius
& Titus Liuius: breuiter, quicunque Latine scriperint
adeo non intelligunt quid sit poetice, quam poetriam uo-
care

cate solent ut nec poëtæ qui sunt, aut dicantur, intelligent. Vestigia quibus ipsi sunt ingressi, commonstrant, homines ex mera barbarie nati, simul & educati. Alius iubet edisci psalterium, aliis censet linguam Latinā pectēdā ex prouerbijs Solomonis, aliis uocat ad insulissimum autorem Michaēlē Modistam, aliis ad Mammetrectū, aliis ad Catholicon: ut quisq; infectus est, ita dant alij consilium. Deinde si quē nouerint praecepta tam insigniter asinum, quām ipsi sunt insigniter hypocritæ ad eum mitti iubēt miserrimos adolescentulos. Nec difficile persuadent, primū idiotis, deinde calidissimi simulandæ probitatis artifices, postremo uulgas hominum ferè deterioribus acquiescat libentius. Contra si quem olfecerint politius eruditum, abominantur: Capue, inquiunt, poëta est, parū Christianus est. Hæc nusq; non instillant auribus hominum in cōcionibus, in quibus regnant populi stulticia freti, in priuatis colloquijs, in arcānis illis confessionibus, in quibus sibi dī uidentur. Quem inter hæc portenta non pigeat uiuere? Cui nota lubeat & ultra Sauromatas & glacialem Oceanum fugere, si modo ueterum illorum & modestiā & eruditionem cum huius nostri seculi tum arrogantia, tum in scitia cōponat? Sed quid lōgā & inanē querelā ingredimur: in te, ut dixi, omnis ista culpa recidit: qui si istos, & indoctissimos doctores, & inconsultissimos consultores uel ejceres, uel quod illis esset dignius, culleis insu-

D 2 tos

tos,cimicibus ac pulicibus differtis,in mare uicinū prae-
cipitares,ad quiduis supplicij deposci nō recusarim ,nisi
mirabilem eruditorum hominū prouétum propediem-
cernas efflorescere.Qui bus cōmemorandis,cum Battus
uehemētius incandesceret,nam homo aliās placidus ac
lenis,hic sibi temperare nunquām potuit,sic adamabat
bonas literas. Subridens consul : Quo supplicij genere
perdendi sint isti Battē ,inquit ,post cōsultabimus:ego
si Iuppiter essem,omnes in asinos uerterem,& camelos.
Sed interim probe uideris intelligere ,me hic priuatum
adesse,qui tanta istas libertate in me aulis uti,tanq̄z cū
Conrado tibi res sit,non cum consule:uerum ego te ui-
cissim,si pateris,criminabor,qui tuū officium præterie-
ris.Siquidem tuū prorsus erat,qui publico munere sup-
gereris ista tam nephanda,ad consulē ac senatū referre,
nisi forte frustra sedes in consilio:certe tuaz partes erant,
monere.Hæc ideo consul ,ut magis etiam inflammaret
ardentē.Tum Battus:De referendo mihi narras impa-
dens,quasi ista in re non omnes Herculis labores suscep-
perim,imò propè uicerim ? Meminisse te scio , quanq̄
male falsus dissimulas , cum ante biénium ferè reuersus
à Lutecia Parisiorū,administrationē ludi literarij suscep-
pissem,quod ibi Augeæ stabulum repererim.Deū im-
mortalem ,quas nugas ,quæ somnia,quæ ludibria,quā
barbariem,quos sentes,quam fecem infelicissimis ado-
lescentibus inculcauerāt ij,qui ante me nihil scire docue-
rant.

rant. Tuam re quidem ipsa Fabianum illud nimium ap-
probauit, non paulo molestiore esse dedocendi, quam
docendi laborem. Nam simul atque zizaniam illam, ita ut
erat necesse, instituisse revellere: dictu mirum, quam
amaris odijs, quam deuoto agmine, quam gladiatorio
animo sint coorti in nos. illi imperitiae magistri. Age,
quid unquam in tua Rep. uidisti ea seditione turbulen-
tius? Incitauerant in me de clero simili dementia imbui-
tos, quae maxima multitudo est: tum oppidi primores,
quorum animi auitum adhuc rur sapiebant: præterea
iuuenum maiores plerosque, quorum pietatem religiosò
metu solicitabant, ut filiorū pudori mature consulerent:
incenderant & fabros, fullones, cerdones, pharmacopo-
las, mendicos, mimos, blaterones, aucupes, piscatores,
essedarios, cetarios, coquos, fartores, baiulos, à quibus
non perinde ingenio differunt atque cultur. Ad hæc toso-
res, lenones, lenas, aniculas. Et quos non? Vulgi infimi
partem multo maximam: id quod neutrius ardui erat
negocij, tum quod per se sit irritabile vulgus, tum quod
pro insita stoliditate literas habet inuisas, tum quod pa-
ri temeritate absurdissima quæque perlibenter & mira-
tur, & tuetur. Sed ducum uirtutem prosequamur. Hi
uero tantis copijs freti, passim in me diras atque atroces
uoces iactabant in foro, in compotationibus, in offici-
nis, in tonstrinis, in lustris, publice, priuatim, ebruj, sobrij,
dictantes externum hominem, nescio quem nouam
D ; quandam

quādam hæresim serere, optimos illos autores, Alexandrum, Græcistam, Ebrardum, Modistam, Breuiloquū; Mammetrectum, Catholicotē, quibus & aui & proauis ipsorum doctissimi euafissent, nunc indigne extrudi, inaudita quædam, atq; horrenda ethnicorum induci portata, Flaccum, Maronem, Nasonem, iuuenibus iam nihil nisi de amando præcipi, ea pueris inculcari, quæ ne gradibus quidem scire fas esset. Nisi quam primum pipeatum fuisset, actum esse de religione Christiana, Antichristi seulum iam aut adesse, aut certe quām proxime instare. Venisse enim doctores, qui blandirētur īs quibus aures essent nouarum rerum auditate prurientes, quicq; iuxta Pauli uaticinum, à ueritate auocarēt, ad fabulas traducerent adolescentes. Vidisti ipse, testis in eo tumultu, quantum Herculem præstiterit, quot leones, quot sues, quot Stymphalidas aues, quot tauros, quot Antæos, quot Geryones, quot Diomedes, quot Nessos cōfecerim, ut Cerberum è latebris illis, ubi exangues umbras territabat, extractum: cœlo ostenderim: quām virtute Lernæam hydram, secundā suis mortibus igne Græco uix tandem extinxerim, & haud scio an adhuc sparet pestis illa omnium pernicioſissima. Vrbis uestra Pompeius, quanq; ille Midæ quidem similior q; Pompeio: quid moliatur, haud me præterit. Tot unus monstri obiectus, nō cessi tamen, imò peruici: īs quibus sañor erat mens, persuasis, cæteris clarissima ratione conſutatis,

B. ERASMO ROTERO. AVTORE.

lūtatis, contemptis nō nullis. Quæ cum Battus dixisset,
Moriar, inquit Guilelmus, n̄ tu mi Battē non suppli-
catione modo, uerū etiam triūpho dignissimus es. Nā si
Ion ille rhapsodus apud Platonem, quod unum Ho-
merum laudibus extulisset, meritum se iactitat, cui eius
poëtæ studiosi coronam aureā reponerent: tu uero qui
universam propè literaturam contra tot portenta stre-
nue defendisti, quanto dignior es, cui Musæ, aut ipse
etiam Apollo, lauream triumphalem imponat, aut cer-
te qui in omnibus Musis stes aureus. Ad quem iocum
eum arrisissent caeteri. Battus quoq; iam hilior: Age;
inquit, rideor Hercules, & uobis pyrgopolinices quispiā
uideor, tamen qualis qualis sum, quod potui sum cona-
tus: quod si Guilelmus huic animo tua lingua eruditio-
q; fuisset adiusta, melius fortasse cū literis ageretur. Tū
consul: Age inquit, Hercules, quid si tibi pro rebus fortia-
ter gestis triumphū decernamus, & quidem speciosio-
rem, quam unquam uel Paulo Aemilio, uel Pompei
contigerit. Cras nūc ei equis dictus, urbem laureatus in-
gredieris plaudētibus utrinq; universis bonarū literarū
studiosis, barbari duces tua uirtute domiti, reuictis, ut
digni sunt; post tergum manibus, triumphalem currū
antecedent, uictori populo supplices uianus ostendent:
Miles uictor, à tergo imperatoris laudes cantabit, p̄ra-
da circūferetur, trophæa figentur Phœbo, nouēnq; for-
rribus opima spolia dicabūtur. Quid queris? deum te
facimus

92 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS

facimus, ut iam non alter sis Hercules, iuxta proverbiū,
 sed prorsus ipse sis Hercules: quid unquā simile prome-
 ruit ille: uerum ea lege, si hoc prius feceris, quod uiucto-
 res facere consueuerunt, ut rerum abste terra mariq; ge-
 starum, & totius certaminis huius rationem nobis lu-
 lenta oratione exponas, quod etiam ut triumphum tam
 tum contemnas, recusare tamen nequaç; debes uel nō:
 stra causa, qui tantopere id flagitamus: uel literatum
 amore, quibus scio tibi nihil esse antiquius: uel denique
 Reip. causa, in quā tu nuper receptus, solicitudinē illi, &
 pietatis officiū debere cœpisti. Nā quod tu me modo
 insimulabas, quid me posse céles unū inter tot hominū
 capita longe aliter sentientiū? An me uis (quod dīci so-
 let) aduersum stimulum calces: præsertim cum nec mihi
 ipsi satisdum sit hæc confirmata sententia: ita nōnunc
 istorū disputationibus labefactor, ut partes uestras uix
 satis tutari queam. Et quod nūc quidem serio dicendum
 sit Battē, si uera sunt quæ mihi de tuis endoxis, adoxis,
 amphidoxis, soles disputare, non minima profecto tun-
 pitudinis partē causa uestra uidetur obtinere, nō apud
 uulgus modo, uerum etiam apud literis æquiores. Nam
 sunt uestri autores, ne mentiar, primū ethnici, quod ta-
 men utcunq; poterat defendi: deinde cognitu pérquam
 difficiles, quod ipsum nō paucis odiū parit: postremo,
 quod est grauissimum, lascivii, imò etiam obsceni. Nūc
 accipe rem. Christianos autores ejūcitis, inducitis Ethni-
 ces:

cos:notos expellitis,infertis ignotos:uereres extruditis,
 producitis nouos:faciles tollitis,obscuros nobis obiici-
 tis.denicq; quod est caput,castos interdicitis,lasciuos iu-
 uenibus pponitis.Quid oris tum esse mihi credis,quo-
 ties consulem me rogant mei ciues ,num ideo ludus sit
 in urbe publicus,ut iuuenes meretricios perdiscat amo-
 tes ,perinde quasi parum ipsi sint ad hæc studia suopte
 ingenio prodiues,ut assuecant technas fabre consuete,
 aut ueteratorie paréibus imponere,ut nihil pudere,mē-
 tiri, suum ponere uultum ,alienum sumere:hæc enim ex
 uestris comoedij discunt,& domū memoriter referunt
 :Quàm tu grauiter hæc ferire paréum aures arbitrare?
 Vtrum in lupanar,inquiunt,liberos nostros mittimus,
 an in ludū literarium? Nam tres illas literas ,quas senex
 Plautinus se didicisse gloriatur ,domi facile discimus,
 Præterea si qui paulo sunt eruditiores ,ij mihi pontifi-
 cum decreta,& theologorum sententias memoriter de-
 tantant: tum quidem tergluersari soleo,sed plane ut ui-
 ctus,non ut insidiator. Tu uero cum sis hac in palæstra
 facile omnium exercitatissimus ,fieri non potest ,quin
 plurima teneas tum lecta ,tum cogitata,quibus huius-
 modi criminationes refelli queant: quare rem prorsus
 diuinam feceris, si totam hanc controuersiam à capite
 usque ad calcem explicueris,non quod causa uestra pa-
 rum mihi probetur,uerum patronum me paulo instru-
 etiorem reddideris.

E Erasmus

Quod cum Battus, singulis sua quoq; causa uehe/
mēter flagitātibus, defugere nulla ratione posset:
Age, iquit, de præmio plus etiā pollicemini q̄z postulo,
mībi satis fuerit supplicij, si sola Āte studiorū pestis ua-
to trahatur, ac mox in publicā cloacā präcipitetur: de-
inde procerum aliquot pro capitib⁹ linguas dñntaxat
deposito. In quem usum, inquam? Ad nullum alium, in-
quit, quām ad abstergendū podicem, aut defricandas
matulas, aut certe immūdas patellas. Nihil, inquam, ac/
commodatius: sed extra iocum hospites, quandoquidē
in rē tam präclarā fortuito incidimus, quin nos quoq;
hic Academiam quandam Platonis exemplo institui-
mus? An quia deest nobis platanus illa, uel Platonica,
uel Ciceroniana, quarū altera facundissimi philosophi,
altera sapiētissimi oratoris literis & sata est & creuit, po-
tius q̄z humore aliquo. Quin ego uobis pro umbraticis
ueras, ac pro una arbuscula copiosum pomariū exhibe-
bo, quod ædibus nostris ab læta proximū uidetis, pra-
ceris quercubus, & riuo lypidissimo cinctum. Quid si
hunc quoq; locum nostra disputatiūcula sic irrigemus,
ut nulla nunq; aestate arecat? Nec desunt quidem sub-
ingenti illa piro medijs circiter hortis, cōmodissima sedi-
lia, puluillos quoq;. si uidebit, adferri iubebo. Iam uero
personarū nihil me poenitet uel ad Iarcæ scholā, nō solū
Academiam, consul, medicus publicus, secretarius urba-
nus,

nus, theologus & idem orator, ego deniq; tam magnifici fundi colonus. Nam ut de Platone taceā (qui quos liber etiā loquentes facit) quando usquā Tullius, perfrī etat frontis homo, coetū magnificentiorem ausus est cōuocare. Quod si Socratem philosophum grauiſſimum illa in Phaedro loci amoenitas potuit inuitare, ut humi iuxta fonticulum in gramine disputādi gratia procūberet: quid nī nos hī horti, quos uel Epicurus ipse laudare queat, certe ad considendum allicit, præfertim cum nihil hic eorum, quæ Socrates illic miratur, desideretur: quippe ubi prius, ut uidetis, media, triplicem nobis uoluptatē ministrabit. Nam ut est procera satis, & patulis diffusa ramis, amoenissimam prorsus umbram præbebit, & frondibus opacis æstum facile propulsabit: præterea ut est anni uernū tempus, nō oculos modo flosculorum aspectu pascet, ueruetiam nares gratissimo odore recreabit: tum ne fonticulo illo frigentis aquulae à Socrate superari uideamur, en pro fonticulo riuus leni murmur, circumlabens totos hortos irrigat. Hac aura quid possit esse spirantius, imò (quod medico teste dixerim) quid salubrius? Ibi Battus, qui eius apud Platonē descriptionis pulchre meminisset, nostrā orationem interpellās: Ut cæteris, inquit, Erasmē rebus maxime superemus, unā certe à Socrate illo Platonico uincimur. Nam & herbarum uarentium, graminumq; flosculis uersicoloribus distinctorum, gryllorum & cicadarum canorū.

E e murmur

16 ANTISARBARORVM LIBER PRIMVS
murmur addas licebit, est tamen quo sumus inferiores.
ERASMVS. Quid nam istuc, inquam? BATTVS. Pu-
ellarum Nympharumq; imaginibus, inquit, quas So-
cratem illic video neutiç; præterisse. Quo loco exhi-
ratus cōsul & medicus: Per canem, inquiunt, & anserem
Socraticum, dignū quod a Battō admoneret, quanç;
cælaturis non magnopere solet delectari, uiuas opinor
mallet, si detur optio. Verum istud nostræ disputatiūcu-
læ nihil obsuerit: eamus ubi collaudata loci specie conse-
dissimus, Battumq; certatim ut accingeretur, hortare-
mur. Ille consulem fixius intuitus. BATTVS. Merito,
inquit, nunc meo iugulor gladio, nam qui uos modo
magnifice nugari iubebam, eò per uos ipse redigor, ut
nihil me sit hodie futurum ineptius aut nugatius. Age,
parendum video tum cōsuli, tum medico, tum amicissi-
mis, postremo tam multis: sed pomariū prius occuda-
tor, ne quis nos uideat. Neq; enim ueteror, ne uestrum
quispiam me prodat, modo possit Erasmi stilus cōquie-
scere, qui quicquid noctu somniat, etiam interdiu char-
tis suis illinere solet. Atqui, inquā, hic neq; calamus est
mihi, neq; charta. Fateor, inquit: at memoriam noui tuā,
quam scio tibi esse cōmentariū uice. Quod etiam si quid
suffugerit, tu facile de tuo fulcies hiatum, sed tamen ag-
grediar uobis fretus. Mox in pedes erectus, compositis
ad dicendum & ueste, & uultu, & gestu, aliquandiu defi-
xis humi luminibus, cogitabundus haesit dicturiēti pal-
lor

los quidam ac trepidatio oborta, non stolidi nobis oratoris, & confidentis, sed cordati, & (ut inquit Fabius) periculum intelligentis, dedit argumentum: mox inuentis ac digestis otationis partibus (id enim egisse ex notatis articulis coniiciebam) subtus siens, expuit id quod habebat familiare: deinde surrecto hilarius uultu, iam cyprianicus singulos intuitus, summa cum omnium expectatione, ita exorsus est.

ORATIONIS EXORDIVM.

B A T T V S

Nisi & apud iudices literatissimos dicturum me sci-
re, & ipsa causæ bonitate nō mediocriter adiuua-
ter, uicerer ne in tanto stolidissimorum hominū odio,
non optimū hodie patronum literæ fuerint habiturae.
Nunc uero tantū abest, ut omnia quæ ab istis antirhe-
toribus obijci uel soleant, uel queant, refellere me posse
diffidam, ut in causa tam uincibili, ne principio quidem
mihi utēdum putarim. Idcyprianus nō modo apud uos, quos
cum amicissimos, eruditissimos, huius etiam dictionis
efflagitatores habeam, benevolentes, dociles, attentos
non habere non possum, uerum etiam apud Sauroma-
tas, & si quid est his etiā barbarius, modo homines dé-
tur, certam mihi uictoriā promiserim: homines, inquā,
qui rationis ductum, non animi impetum sequuntur.
Nam istos rabulas, qui obstinatis animis insaniā suam
etiam confessam solent defendere, haud alio in numero;

E ; quam-

¶ 3 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS.

quām Diogenes suam cōcionem pono. Ad quem cum
hominum milia aliquot cōfluxissent, negabat se ullum
adhuc uidere hominem: Pestifera est, inquiunt, morta-
libus eruditio, optanda imperitia,

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.
De fide igitur facienda iamdudum securus, hoc unum
mihi à uobis uideo postulandum, ut ne in re tam intra-
stabili, tam spinosa, ullum orationis splendorem expe-
ctetis, quem alioqui ne in felicissima quidem materia à
Batto requirere debebatis. Ne delectari quidem postui-
labitis, nisi sicubi forte barbarorū ineptissimæ tationes
risum mouebunt. ERASMVS. Tum uero ueniā præ-
fatus, & licebit ne, inquam, aliquoties dicentem interpel-
lare. BATTVS. Licebit, inquit, per me, quoties uide-
bitur, nec enim ad depydras dicimus, ut cause dispen-
dium sit, si quid temporis intercipiatur. ERASMVS.
Ita mihi principio supersedisse uideris, inquam, ut hoc
ipso quo non uteris, maxime sis usus principio: sed per-
ge obsecro, ne te primo statim cursu diuti⁹ remoretur.
BATTVS. Istud uero tuū est, respondit Battus, haud
meum, qui uafriciem illam, & strophas rhetoricas perdi-
dicisti: mihi sat habeo, rem ut est, perquām paucissimis
ostendere. Non igitur hæc altius repetam, quibus fatis,
quorum opera, quo tempore, quibus gradibus atiquaz
disciplinæ ē tanto fastigio in hunc tartarum deciderint.
Id quod uos paulo ante cooperatis, aliás hæc fortasse cō-
modius:

modius: neq; uero refert, quo casu quispiam in puteum
déciderit, sed quomodo qui cecidit, inde queat educi.
Antiquis igitur literis cōtra nouos hostes patrocinium
seremus, quibus quidem à tripliē potissimum hostium
genere negocium exhiberi uideo. Alij enim literariam
Remp. tanq; funditus deletam cupiunt: alij imperium
nō quidem prorsus extinguere, sed arctioribus finibus
includere molūtur. Postremi ita Remp. saluam esse uo-
lunt, ut afflictissimam uelint, quippe in qua ipsi tyrāni-
dem occupent: in quam patrijs legibus abrogatis, pere-
grinos & magistratus & mores inducunt. Et primi qui-
dem illi mihi uidentur, qui planè rudes, haud scio inui-
diā ne, an stoliditate maiore, religionis, nescio cuius præ-
textu, literaturam uniuersam poēeos nomine detestan-
tur. Alteros ego intelligo, qui indocte docti, cetera qui-
dem studia, hoc est, sua, utcunq; recipiunt: humanita-
tis autem literas, sine quibus cæca est omnis doctrina,
angue peius oderunt. Postremos uero, quos alios esse
dicam quām eos, qui quoduis literarum genus & mirā-
tur, & probant: cum primis etiam poēsim & rhetoricen,
at ea lege, ut ipsi pro summis & poētis, & rhetoribus ha-
beanturcū nihil sinit minus, nec dictu interim produue-
fuerit, quos ex ijs hostibus literaria Resp. grauiissimos,
perniciosissimosq; patiatur, aut quibus maximam da-
clium suarum partem acceptā referre debeat. Nam pri-
mi quidem illi (ne contēnendos putemus) tametsi neq;
ulla

ullo armorum genere, neq; rei militaris scientia sunt
structi, quippe sylvestris, barbaric; multitudo passim
ex agris & motibus conflata, nescio tamen an ullum sit
hostium genus infestius. Rabiosae enim feræ in morè
deuotis animis in pugnam ruunt, non ingrediuntur, fu-
tore pro fortitudine utentes. Quatuor potissimum rebus
talent: furore, quo Andabatas: clamore, quo Stetorem
Homericum: multitudine, qua Xerxis etiā copias uin-
cunt. Postremo clypeo quodam simulatae religionis, sub
quo perpetuo latent, quem unum ad omnia telorum ge-
nera obſciunt. Ii nimurum sunt, qui cum ipsis sint omnis
literaturæ expertes, literatorum gloria peturuntur, alio-
rumq; pulcherrimis studijs oblatrare, pulchrum in pri-
mis, ac religiosum putant: at mirum quam ueterarie
suam uel inertiam, uel inuidiam, uel superbiā speciosis
titulis prætexunt simplicitatis ac religionis. Alteri sunt
ijs quidem paulo instructiores, qui & eminus & comi-
nus nos petunt. Eminus telis, sed planè deridiculis: nam
stuppas, sumum, & stercora in nos iaciūt. Cominus pu-
gionibus appetunt, sed plumbeis. Pacē offerunt, sed su-
perbissimis planè cōditionibus, ut sine humanitatis lite-
tis perdocti simus, sine quibus nullæ constant literæ, ter-
minos nobis præscribūt. Omne politiem interdicūt, &
quicquid ipsis nō didicerūt, hoc sunt molestissimi, quod
prehēdi nequeāt. Cōsistūt nusq; Parthis ipsis fugacio-
res, modo aiūt, modo negāt, tergiuersat, aliquo cauillo
elabuntur.

elabūtur, & Protēl in morē. Omnia transformant se se
in miracula rerū. Porrò postremos illos fortasse aliquis
parū infestos hostes iudicauerit, quod sedulitate peccēt
nō odio: at mihi quidē uident̄ lōge inter omnes nocen-
tissimi. Cæteri enim, quia infestis signis nos appetūt, ar-
centur à mœnibus, hi dum intra mœnia, intra præsidia
nostra uersantur, dum armis & insignibus amicos im-
tantur, aeternum exitium Reip. mendaci pietatis specie
moliuntur, & quo magis uindicandæ patriæ studēt, eo
turpiori impediūt seruituti. Quare primi quidē hoc p-
pemodū sunt amādi, quod ita literas oderunt, ut nullas
attigerint. Postiores hoc minus nocētes, quod ab opti-
mis abstinuerint, nempe poeticis & oratorijs, sua tanq̄z
sorte cōtentī. Postremi dū omnia scire uolūt permiscue-
runt, cōtaminauerūt, perdidērūt omnia: uere hoc dicūt
importuno officio, nihil esse inofficiosius interdū. Ita hi
dum literis laborantibus succurrere studuerūt, pernicio-
sa sedulitate funditus extinxerunt. Vires ante cōuenie-
bat expendere, consulere ingenium, quām rem tam ar-
duam susciperent. Nunc Phaetontē imitari maluerūt,
qui dum ignarus auriga currum paternum conatur mo-
derari, magno suo malo subuertit. Et sunt hi quidem ut
stulticia Phaetoti pares, ita pari exitio digni, aut etiam
grauiore: Horū enim temeritate, uetus illa & uera philo-
sophia ad meras nugas, ad somnia redacta est. Per hos
innumerabilia priscorum autorū monumēta deside-

F ramus,

42 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS

ramus, quod scriptorū ut quisq; est doctissimus, ita fœ
 dissimis mēdis scatet. His acceptū ferimus, quod prīsa
 illa theologia tantopere degenerauit, haud aliorum est
 opus: quod grammatisæ nil nisi meram barbariem &
 scribunt, & præcipiunt, his debemus. Et ut semel finiam,
 quod in utroq; genere literarum muti & infautissimi
 pro doctissimis in precio sunt, horū opera effectū est,
 quorum dum alius in grammaticis, alius in rhetoricis,
 alius in dialecticis, alius in physica, ali⁹ in theologia scri-
 bit: dum hic cōmentationibus optimos autores nō illu-
 strat, sed obscurat: nō adornat sed contaminat: dum ille
 quod nō intelligit, emendare ntitur: dum alius ex bene
 Græcis, male Latina facit, linguae utriusq; iuxta ignar⁹:
 dum ita, inquam, certatim tumultuantur, inutili officio
 omnia cōfuderūt, deprauauerūt, euetererunt: & quo dili-
 gētius suū quisq; officiū præstítit, eo plus damni dedit.
 Ut si quis manibus merda oblitis puluisculum è purpu-
 ra conetur extergere, quāto uolet esse officiosior, eo erit
 molestior. Verum ijs, quod res infinitā propè disputa-
 tionem postulare uidetur dilatis, reliquas acies, totidem
 cōflictibus adoriemur hic uero efficiam, ut uel Pyrrho
 me doctiorem esse iuretis. Nam rusticā illam cohore-
 tem, tumultuario tātū milite dissipasse sat habebimus.
 & dypeo illo sictæ religionis nudatos, in fugā adegisse:
 id quod haud multi fuerit negocij. Imbellis est em̄ mul-
 titudo è senibus cōtracta, qui ubi ætatē per luxum efflu-
 xisse:

sisse intelligunt, iuuenibus ad meliora proficiscentibus, inuident inepti. Hos igitur primū quidem ualidissimis rationibus tanç̄ telis, terga dare cogemus: deinde prælium, ut solent, redintegrantes, sacrarū literarū testimonijs, uelut ensibus confodiemus. Sub haec exemplorum copia obrutos, castris quoq; deturbabimus: quibus cōfectis, eodem quasi Marte & impetu posteriores aggrediemur, & omnibus exutos armis, omni dimicandi genere superabimus. Sed iam primi illi sunt laceſſendi, si prius foecialis paterc̄ patratus iusta peregerint, quibus, ut arbitror, huiusmodi quædam oratio congrueret, si res serio gereretur.

ORATIO FOECIALIVM.

Quo tandem iure ô uos Gothi, è uestris egressi limitibus, non modo Latinorum prouincias occupatis (disciplinas loquor liberales) uerum etiam ipsam urbem rerum dominā, Latinitatem audetis incessere? Quanam iniuria laceſſiti: quid petitis? Quod si bellum placet, iusto Marte decernite, facite pugnandi copiam. Si pugna diffiditis, desinite molesti eſte, excedite solo, regionem hanc purgate, uestris finibus continemini. Quod si hostes quam latrunculi dici malitis, prodite è latebris, cōserite manus, & publico certamine finis quadratur odijs, aut uos uicti quiescite, aut nos uobis uictoribus concedemus.

F 2 Quod

44. ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS

QVOD LITERAE COMPLVRIBVS
tātōpere sīnt iūisā, nīhil aliud ēsse
in causa, nīsi quod ignōrent.

IAm non audit̄, projecta hasta, bellum indixere fac̄
ciales, iam ad pugnam est hostis euocandus. Hic
ego interpellans, Vide, inquam, ne nimium hoc sit cali-
dum, nondum omnes tibi peractæ ceremoniæ: porcus
tibi saxo ferēdus, prius t̄q; ad arma proflias. Probe mo-
nes, inquit. Utinam ex istis haris, in quibus, passim tot
crassi ualidiq; sues ociosi saginantur, cibo populi, mihi li-
ceret insignē aliquē deligere. Eum ego bipedem liben-
tius mactarem, quam ullum porcum quadrupedē. Sed
agite, factum putemus, quod ex animo factū uolumus
& hostem bonis autibus aggrediamur. Nā interim per-
inde agam, ac si cū ipsis præsentibus mihi res esset. Vos
modo huius nostræ dīmiciatiunculae spectatores sedet̄.
Atq; adeo nē tubam deesse, queratur Erasmus meus.
superstitiosus, ut uideor, ceremoniarū obseruator, esto
cōuicium hoc tubæ loco. Dicite quæso brutissimi homi-
nēs, Midæ progeniēs, statuē marmoreæ: quid ita com-
meruere literæ seculares (sic enim uos appellare soletis.
quicquid nō didicistis) ut uos eas tam obstinatis odijs
insectemini, tanq; homines ad id unum sint nati, ut eru-
ditionem oderint? An quia & non didicisse piget, nec di-
scere licet, odisse libert? Quod si ipsi per ignauiam despe-
ratis, alij inuidere pulchrum arbitramini? Quin poti⁹
accingi,

Accingimini, & gloriā hāc nobis, quam inuidetis, præ-
 pitis? Sed ueremini, ne in uos antiqua illa scōmata iacia-
 mus. asini ad lyram, boues ad ceroma. Quid graculo cū
 fidibus? quid cum amaricino sui? At non mirum fac-
 tis, quod odistis, mirum facturi si amaretis. Vere illud
 ut cætera princeps ille Peripateticorum: Scīētjs nīsi in-
 scium neminem esse inimicum. Non gallus miratur ja-
 spidem, non sues delectant rosæ, nō pictura simiā, non
 iuuat lippum lux, non placet Mīdæ cantus Apollinis.
 Cur inepti auriculas uestras asininas ultro proditis, uel
 Mida patre stultiores, qui cælare studuit? Cur non ma-
 gis terræ infoditis insitiaz uestrar dedecus? Cur non po-
 tius quorundam calliditatem imitamini, qui laudant ut
 scire uideantur? Cur saltem nō tacetis, ut philosophi pu-
 temini? Nunc ipsi uestro met īdicio, tanq̄z sorices com-
 prehēdimini. An uero eò demētiaz prouecti estis, ut bel-
 lum etiā facinus putetis, res optimas, quas sapiētissimi
 quiq̄z sibi tantis laboribus expetendas putarint, odiſſe,
 inuidere, oblatrare. Ista uero gloria si nescitis, cum bau-
 lis, cum cerdonibus, cum nautis & fossoribus uobis est
 communis: quippe oderunt & illi politiora studia, con-
 temnūt, execrantur: hoc uobis meliores, primum quod
 moderatius oderunt: deinde quod suarum artium amo-
 re, nostra studia cōtemnunt. Vos ita elegantiores artes
 odistis, ut nullas teneatis. Illi artē arti, studia studijs præ-
 ferunt: uos scientiaz ignorantiam antefertis, sanz̄ menti-

F ; inſaniam

insaniam anteponitis, pecudem homini. O cōtēptores
 seruū pecus, q̄s uel ipsi derideāt asini. At uidetē interū
 quām īniquū sit odisse, nec scire neq; quid oderitis, nec q;
 tur oderitis. Dānatis rhetorice, quid autē sit ea, ne p̄
 nebulā quidē uidiſtis. Odistiſ poeſim, quam neq; quid
 sit, neq; cuiusmodi sit intelligitis. Odistiſ antiquitatem,
 omnis antigitatis imperiti. Breuiter, totū hoc quod do-
 cti magnis uigilijs ſequunt, uos cōtemnitis, & totū hoc
 quātū eſt ignoratis. Nā ſi quādo hæc eadē ipsi didici-
 ſtis, cur uolētes diſcere reprehēditis? Si nō didiciſtis (qd
 etiā gloriatiſini, nō modo cōfitemini) qd de incōptis tā
 Stolidē pnuinciatis? Sed audiſtis, opinor, mala eſſe hæc
 ſtudia. Eſto ſane, dummodo à uerbi ſimillimiſ, inuidiſ,
 ignariſ, inimiciſ: uidelicet ſus ſuē docuit, cæcū cæco dux
 fuit. At pſerte ſi potestis, uel unū q̄ has literas, ubi pbe
 pceptas habuit, accuſauit: q̄ inſumptæ in eis oqæ ſe pce-
 nitere dixit. Cur autē ſtolido de incōpertis blaterāti cre-
 dit: eruditio de pceptis diſſerēti, fides negat? An putatis
 obſcurā eſſe cuiq; ueſtrā inuidentiā? an nos ſucū ueſtrū
 fallere creditis? an fugere nos, qd morbi uos urat? Liceat
 tādē, quæſo, rebus ſua dare noīa: deſinite aliqñ p̄ inui-
 dētissimiſ & ignauis, religioſos ac pioſ uos uelle uideri.

INVIDVM ESSE, HAVD RELIGIOSVM odiffe literas, quas neſcias.

TVm Medicus: Vtar, inquit, iure cōceſſo, interpellā
 bo. Praedarum te uelitem declarasti, nec temere te
 Battum

Battum appellatū iam puto. Rogante illo, quid ita paret: Non sunt, inquit hæc ænigmata tibi, qui fabulas per pulchre tenes. Iam probe barbarorū furtā prodidi-
stī, ut altera metamorphosi te ex indice illo lapide rursū
in Battū reuixisse propemodū credā: deinde scite istud
hominū genus ad pugnā euocasti. Nulla enim te perin-
de in rabiem agi solent, quām si stoliditatis, si imperitiae,
si inuidentiae opinionem illis impingas, hoc est, si maxi-
me uera audiāt. Recte sentis, inquit Battus, nec mirum
adeo, si tacto hulcere scabiosi cōmoueant̄. Tū uero ui-
deres homines superbissimos, oculis ardētibus totiusq;
uultus immanitate, animi testari furorem: etiam si ne in-
ter hæc quidē à simulanda religionis artificio recedunt,
hac tanq; personati, suas tragedias agunt. Nam ut est,
res omnium optima religio, ita (nobili histrico teste) ad
quiduis uitij prætexendum cōmodissimum pallium, eo
quod si quis in ipsa uitia conetur animaduertere, religio-
nem qua se obumbrarunt, uiolare plerisq; uideat: læ-
pe ita tuō latet uitū proximitate boni. Cumq; ipsi lo-
ge grauioribus uitjs madeant, quām ulli mortalium,
quos isti semidei pro prophanis habent, tamen in alie-
nam uitam petulantissimis linguis inuehūtur, nulli par-
centes, nec ætati, nec sexui, nec genti, nec ordini: deniq;
nech homini, nec nomini. Cæterū quoties illos deprehen-
derit aliquis aut ebrios, aut scortantes, aut aliud his etiā
scleratius designantes, excusat, tegūt, mussari uolunt,
ob honore

48 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS.

ob honorem, inquiunt, ordinis, quasi cæteri mortales omnes sint extraordinarij. Cū seditionissime uociferantur in uitia clericorū, & imperitā multitudinē ad lapides prouocant, nō putant esse periculū, ne succenseat Christus eius ordinis autor: nā is sacerdos fuit. Iacobita non fuit. Si quis ausit efferre quicqz de illorum mysterijs, & Augiæ stabulum mouere, periculū denunciāt, ne Franciscus aut Dominicus, aut Helias, si dñs placet, iratus perdat hominē. Ex hoc grege quidam nuper miris laudibus uexit, sui ordinis sodalem, quod in cōcione publica nihil non uociferatus in sacerdotes cōcubinarios, populo ac magistratibus conatus fit persuadere, ut sacerdotū cōcubinæ in laeo humero rubram crucem gestare cōpellerentur. Cumqz hac narratione sibi mire placet, rogabat quispiam, collaudata illius oratione, quo colore uellet esse crucem Iacobitarum, Carmelitarū, ac cæterorum. An placeret ut Minoritarum cōcubinæ gestarent crucem cinericij coloris, Carmelitarū candidi, Iacobitarum nigri, Ibi abominatus homo religiosus omen, lögā cruce se signauit. Tum alter: Nuncqz efficies, inquit, quamlibet magna cruce, quin plurimi norint, quæ dederat cora à uestris sodalibus aliquando designentur. Neque enim fieri secus potest, in tanta hominum ac nationum colluuie. Verum hæc, inquit, fortassis ob honorem ordinis efferri fas non est. Id cum alter magnopere comprouasset, quærebatur, an putaret & sacerdotū esse ordinem.

Cum

Cum negare non posset, rogabat, cur existimaret horū
cōmissa seditionis clamoribus apud populum elatrāda?
Sed ne longius ab instituto diuagemur, eodem pallio
tegūt crassissimam inscitiam suam, qua cætera uitæ de-
decora. Vbiq; falsam pietatem pro dypeo obtendunt;
hanc mirificam quandam adsimulant, adeo quidē ua-
fre ac ueteratorie, ut non alijs modo uerūetiam sibi p̄fis
astutissimi homines imponant: non quod ullo religio-
nis studio moueātur, quippe qui nusq; alibi quām hac
una in re religiosi uideri cupiūt: sed quod, ut Fabius, in-
quit, sub magni nominis umbra delitescat. Nocentūm
est ista religio, furum, homicidarum, qui sumul atq; faci-
nus aliquod designauere, tum demū ad aras ac templa
solent configere, ut seruus ille apud Plautū sceleratissi-
mus. At quo tandem cōsilio? an quod loci religione de-
lectentur? Imò uero ut crucem effugiant, ut impune sint
flagitiosi. Haud aliter nostri censores, cum cæteris in re-
bus & Dionysij sint & Clodij: quoties de bonis studijs
agitur, tum demum Numæ uideri uolūt, tum deniq; se
Christianos esse meminetunt: tum demum euāgelicas
sententias canere incipiunt, & res foedas speciosis uoca-
bulis palliantes: zelo se, haud inuidentia dicūt moueri:
nec odiſſe studia nostra, sed contēnere: id homine Chri-
stiano dignū ac pulchrū in prīmis apostolorū simplicitē
rusticitatē nobis proponūt. Singulare inter cœlites præ-
mū illos manere dicunt, qui disciplinas istas ethnicas

G ad

30 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS.

ad ostentationem & superbiā inuentas, religionis amo-
re possint pro nihilo ducere. Rudem pietatem superis
esse gratissimā: quasi uero aut superos rusticitas nostra
quicq̄ delectet. Quod si est, cur nō bruta in primis am-
pletebitur, aut ad ullā uitā administrationem utilis sit
ignorantia, ac non potius insulssissimum sit, ac planè de-
mentis rem pulcherrimam, quam nec habeas, nec habe-
re speres, in alijs contemnere. Errant uehementer, si cu-
iusluis rei contemptū laudi sibi duci uolant. Quid enim
si Thersites Græcorū ultimus, Achillis partā armis glo-
riā unā cū ipsis armis, pro quibus Aiaci cū Vlysse certa-
men erat, dicat se homo ignauissimus cōtemnere, nón
ne uniuersis cachinnum mouerit? Quis enim nō rideat
si limax equi uelocitatem contemnat? si noctua aquila,
si talpa capreæ rideat oculos? si pītaci colorem coruus
despiciat? si asellus elephanti sensum nihili faciat? si stro-
fidus ac fatuus, uiri cordati prudentiam cōtenat? nunc
laudem merebitur: Evidēt operæ premium puto bar-
baris, ne mīhi perpetuo de suo contēptu glorientur con-
temnendi rationem ostendere.

QVAE RES CVM LAVDE CON-
temnantur, & quæ secus.

SVNT enim in rebus humanis quædam, quæ morta-
lium animos insitiya quadam sui cupiditate solici-
tant, siue quod honesta ac speciosa uideātur, siue quod
dulcia, siue alioquin utilia: cuius generis sunt, opes dari,
cas.

tas, dignitas, uoluptas: ista quidē si habeas, aut certe in prodiui sit ut potiaris, eatenus dūtaxat, quatenus à uirtute aurocēt, contēnere, res est forti probocēt uiro digna. Pari item cum laude tristia ut dulcia contēni solent. Ab his auelli posse, illa uero adire laudi est. Lacedæmoniorum institutum Plato minus probat, quod cum durissimos labores facile contemnerent: contra uoluptates nō perinde exercitati uiderentur: at hi nostri Catones, ad utrumuis, scēmina quauis molliores, ad solas literas contemnendas uiros se præbent. Quodcēt magis rideas, contemnunt nō modo res honestissimas, uerum etiam alienas. Ciceronianam contemnunt eloquētiā, homines mutis piscibus mutiores. Chrysippi contemnunt acumen, cum sint ipsi quouis pistillo retusiores. Poësim contemnunt prophani, & (ut inquit Plato) longe à Musis alieni. Contemnunt ueterum theologorū politiciā, quā assequi desperant: & si sperent, tum magis insaniant. O contemptorū stolidum pecus: dic quæso mihi, quænam ista noua magnanimitas? Quod inauditum cōtemnen di genus: nummulum non potes contemnere, & de eius ditionis contemptu gloriaris? Scorti molli suaviolo superaris Hercules, ducit te captiuū puerilis uoluptu la, rapit te quolibet assentatio, consternat conuictiolum, & fortē te uisum iri credis, si res maiores etiam quām ut assequi queas, possis contemnere? Nō libet superbi re oratione compta, sed interim pallio compto te uendi

tas mulierculis:uis orationē iejunam ac squalidam, sed
 interīm euticula distenta nitet. Abhorres à mētione p̄
 ellarum in legendis poetis, at interīm nō abhorres à cō-
 primendis uxoribus alienis, aut Vestalibus etiam uirgi-
 nibus. Non placet nitor in stilo, at non displicet in mat-
 supio. Audi magnifice contemptor, prius literas disce,
 postea contēne: siquidem fortis uideri studes, prius ha-
 be quod contēnas. Nisi forte & in isto te apostolos imi-
 tari iactitas, quod in cupiditate relinquenda, nō in mo-
 do rei uirtutis laus cōsistat. Age, nihil intersit inter opes
 & literas: apostoli rem mediocrem, & spem maiore cō-
 tempſere. idq; nulla inuidentia: neq; ipsi nudi, alijs locu-
 pletibus inuidebant. Vobis ne mediocris quidē est eru-
 ditio, quam possitis recte contemnere, summa despera-
 tio: tum quod res sit in primis ardua, & infiniti laboris:
 tum quod uobis sint ingenia, quo quis plūbo inertiora,
 Postremo si recte contēpſistiſ, cur alijs inuidetis. Si inui-
 deſis, profecto cupitis: ſi cupitis, cur non in eandē nobis-
 cum harenam descenditis, & nobiscū potius felices eſſe
 curatis, quām nostra cauſa miseri? Certate, uincite, triū-
 phate. Sed uidēt homines ignauissimi, duris undiq; la-
 boribus ac uigilijs ſeptas literas noſtras, quas quidē ſi
 poſſent contemnere, nō tam ſtolide de eruditionis con-
 temptu ſeſe iactitarēt. Vbi ſummam literaturam mihi
 comparauero, tum demum incipiam cum laude con-
 temnere, nō quo minus utar, ſed ne quid inſoleſcā, effu-
 diam.

clam, ut cū omneis antecedam eruditione, anteponam
 me nemini, ne stolidissimo quidem. Mediocribus cona-
 tibus candide fauebo, uictori gratulabor, nō inuidebo.
 Quanto maior ero, tanto me geram summissius: quo
 plus sapiam, eo alienā inscītiam modestius feram: ipse
 ferens omnes, dabo operam, ut ne cui sit ex me quod se-
 rat. Cum studiosis eruditione, cum omnibus modestia,
 comitate, ueretudia certabo. Ita me geram, ut hoc me-
 lior intelligar, quo sum doctior. Quanto magis alij me
 suspiciunt, tanto magis ipse medelpicam. Deniq; cum
 omnia scire curauero, ipse me scire tanq; nefciā. Ita de-
 dum cum laude contempserimus, si non alienam, sed
 nostram doctrinam contemnemus: sic nō eruditio mo-
 do, uerum etiam uirtus ipsa contemnenda est: & post
 omnia contemptus, etiam ipse contemnendus. Sic con-
 tempsit Augustinus ethnicas disciplinas, sed tum po-
 stea q; principatū in his esset assequutus. Sic literas Ci-
 ceronianas & Platonicas Hieronymus, ut nihil minus
 & egregie teneat, & passim utatur. Sic Basilius, sic Chry-
 sostomus rhetorum ac philosophorum ingenia negle-
 xerunt, ut ex monumentis agnoscas eos hæc non igno-
 rasse. Isti uero, quam ob rem tandem se cōtemnere glo-
 riantur: An more uulpis illius quæ in apologis est, quia
 frustra cupiunt? Illa enim asini testiculos tum demū cœ-
 pit abominari, postea q; sperare desit. O foedū, iquit,
 sibū nunq; esse potuisse. At istud, si fas est rebus sua

G; dare

§4 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS

dare nomina.mera inuidia est,haud cōceptus.An quia
ut sunt molliculi,laboris asperitate deterrent,sine quo
nec ad uirtutē,nec ad eruditio[n]ē cuiq[ue] est adit⁹. At istud
ignauī simulq[ue] maligni hominis esse,qs nō uideat: An
tandē pro innata rusticitate,literarū mūdiciē oderunt?
Ne id quidē Christiano pioq[ue] (ut isti dicūt) sed agresti
ac planē bruto animo dignū puto.Eia sit pudor tādem,
cedāt meliora conantibus.Sit satis istis,quod suā igno-
rantiā ignoscūt sibi,ne etiā ultro nobis obſtrepat,ultro
quos uenerari debebāt ac ſuſpicere despiciant,ac ſi ipſis
nihil habet prius ac dulcius ſono & ocio:fint alijs aq[ui]-
res,nobis ſaltem tristes uigilias & iſfanos labores relin-
quant:quādoquidē nos iſtorū delitijs nihil inuidemus,
quo maioris inuidentia est,alienis urī laboribus.

ABSVRDE REPREHENDI QVIPPIAM, nō ob aliud,nisi quod ab ethnicis inuentum.

Hoc aceto perfusi,mirū est dictu,quāto clamore in-
nos irruant.Christianos eſſe negant,ſed ethnicos,
ſed idololatras,& ipſis ethnicis pestilentiores.An uero:
inquiūt,is Christianus cēſendus,qui disciplinis propha-
nis,& ab impijs hominibus ad superbiam excogitat⁹;
tantum operæ impertit,tantopere ſe oblectat.In hiſ to-
tus coquiescit,in hiſ ocium,in hiſ negotium,in hiſ ſola-
tium omne reponit: Et quis non uideat quantū ſit ſa-
ctilegium,hominem,qui iam Christianæ militiæ nomē
ſemel

semel dederit, semel Christo imperatori sit, & initiatus,
 & inautoratus, ad hostes dæmones transfugere, & cum
 idolorum cultoribus habere commercium? An non ha-
 bet, inquit, qui in dicendo Ciceronianum, in carmine
 Vergilianū, aut Horatianū se nominari gaudet, in phi-
 losophia Aristotelicum, Academicum, Stoicum, Epicu-
 reum, audistis Chrysippum enthymema; audistis syl-
 logismum cornutum? Videlis quām captiosis laqueis
 nos simplices irretire moliantur: enim uero elleboro illo
 Carneadeo opus esse intelligo. Quid dicitis Antichry-
 sippi? cōtinuo ne malū & Christianis interdictum, quic
 quid ab ethnicis profectum erit. Itā ne nulla gentilium
 inuēta usurpare licebit, nisi protinus Christiani esse de-
 finamus? Scilicet igitur per concionē uestros fabros ad
 monēdos censeo, ne posthac ferris, securibus, ascijs, tere-
 bellis, ne cuneis, ne regulis, ne perpendicularis, ne fornici-
 bus, ne posthac amussibus suis audeant uti. Ne rogaue-
 ris, quid ita? & artē hanc, & artis arma Dædalus homo
 ethnicus excogitauit. Quiescant fabri ferrarij, fabricam
 ferrariam inuenete Cyclopes homines prodigiosi. Aera-
 riā fabricā nemo exerceat, hanc Chalybes mōstrasse
 tradūt. Figulinam Chorcebus, feriētur figuli. Surrinam
 Boëtius quidā, nemo Christianus consuat calceum. Ful-
 loniam Niceas, nemo fordes uestimentū eluat. Textoriā
 Aegyptij, redeamus ad ferarum pettes. Tinctoriā Ly-
 di, nemo lanā ab oue detonsam, fuso adulteret. Metalli
 cōflaturam

cōflaturam Cadmus Phoenic inuenit, frigeant officinæ
conflatorū. Nautis si fieri possit, religionem iniçiamus,
ne consuetis utantur armis. Aurigas admoneamus, ne
Erichthonium imitentur. Pictores, cœlatores, uitriarios
breuiterq; cæterūm quantū est opificum, ne se se suo scq;
posthac ethnicis artibus contaminent, si queant alios
quaestus excogitēt: sin minus, esuriāt potius q; Christia
ni esse desinant. Quid si & militibus, hominibus impijs
scrupulum iniçiamus, ne clypeis, loricis, galeis, gladijs,
ocreis, cristijs, arcubus, sagittis, lanceis, hastis utatur: hæc
omnia ab impijs reperta perhibent. Verum quis ferat
puellis Mineruæ studiū, simul & arma eripi, pensa, co
los, fusos, radios, tælas, quorū nihil est à Christianis in
uentum. Iam & agricolaribus, uel cum uitæ periculo
ferias indicendas uideo: aratrum Osiridis inuētum est,
nemo posthac ausit terrā inuertere, inuersam serere, sa
tam metere: horum Saturnum autorem ferunt. Nemo
uitem coluerit, id enim à Libero excogitatum. Vinum
merum nemo bibat, ne aqua quidem dilutum, mostra
uit hoc Staphilius. Aegroti medicos nō aduocent, me
dicina Apollinis inuentum est. Et hos quidem non im
pios modo homines, uerum etiam cacodæmones suis
uulgos credit. Vobis igitur dæmonū inuētis uti licet, no
bis studiosorum hominū literis uti nō licebit. Atqui ni
hil pudet, ne istos quidē, qui & dialectici, & theologi ui
deri uolunt, studiosis hæc obijcere: quæ si in pagis apud
folliores

Fossores messoresq; audeat disputare , moriar ni rustici ipsi ligonibus & falcibus eos conficiant. Si gentiliū inuentis uti uetamur, quid tandem, obsecro, in agris, in urbibus, in tēplis, in ædibus, in officinis, domi, belli, priuatim, aut publice relinquetur? adeo Christiani nihil habemus ab ethniciis nō traditum. Quod scribimus, quod utcunq; Latine loquimur, ab ethniciis accepimus, ab illis reperti characteres , ab ijsdem orationis usus inuentus. Egó ne, inquiunt, dānatorū hominū libros in manu , in sinu habebo, lectitabo, uenerabor? Ardet apud inferos Vergilius, & eius poëmata cātat Christianus? quasi nō & multi Christiani illic ardeant: quorum si qua bene scripta supersunt, nemo tamen idcirco respuenda putet. Sed quis istam iudicandi petulantiam ferat, ut tanquā uirga Mercuriali, quos uelint ad inferos demittat, quos uelint ad superos euocent. Non hic ingrediat rixosam illam disceptationem de ethniciis, quæ ne mulieribus quidem sit digna: non est nostrum de ethnicorum damnatione disputare, eorum, inquam, qui fidem nostrā præcesserunt. Tum si coniecturas sequi uelimus, facile cōuicerio aut illos viros ex ethniciis, aut omnino nullos saluos esse: quām bene præceperint, non quām recte uixerint laboramus. Hypocritas magistratus, quorū uitam condemnat ipse qui nouit, audiri tamen iubet. Origenis libros in multis hæreſeos damnatos, ad eruditionis fructum Christiana legit ecclesia, & eorum diuina scripta

H fugimus,

58 ANTI BARBARORVM LIBER PRIMVS,
fugimus, de quorū morib⁹ sine summa temeritate iur⁹
dicari non possit: imo ut melius, dicam, de quibus in bo-
niā partem cum laude, in malam nō sine maximo ui-
tio quisq; iudicet. Apage, inquiūt, ego me Ciceronianū
aut Platonicum appellari feram, qui semel Christianus
dici constitui? Quid ni monstrum hominis, si te quod
Sardanapali perditam molliciem imitaris, recte Sarda-
napalicū dicimus, aut quod assentator es, Gnathonicū:
aut potius ut es stolidē glriosus, Thrasōnicum appelle-
lamus, cur alium Ciceronis linguam imitanter, Cicer-
onianum pudeat denominari, aut Vergilianum, si quid
illius queā æmulari? Tu tibi barbaras istas appellatio-
nes ascias, tecq; uel Albertistam, uel Thomistam, uel
Scotistam, uel Occanistam, uel Durandistā uocari gau-
deas, dummodo à Christianis denominaris. Ego me à
quouis ethnico denominari patiar, dummodo doctissi-
mo, dummodo facūdissimo: nec me huius professionis
pœnitabit modo me præstatiora doceat ethnic⁹ quam
Christianus. Sed ut rem aliquādo finiamus, nisi aduer-
sarios nostros, talpis cæciores, sua redderet inuidentia,
certe uiderent quod uel cæco appetet, uideret in rebus
ab ethnicis inuentis, aliquod inesse discrimen, alias esse
inutiles, dubias, pestiferas: alias perutiles, salutares, imo
necessarias. Mala illis relinquamus, bona uero quid nī
nobis usurpemus: hoc demum est homine Christiano
homine prudenti, homine studioſo dignum. At nos, si
superis

superis placet, præpostere agimus, ethnicorum uitia, libidinem, auariciam, ambitionem, superstitionem passim imitamus, imò uincimus: at eruditio[n]e, quam uel unam imitari par erat, unam aspernamur, stultius ne, an superbius, nondū satis scio. Nam si res mediocri usui futuras, ab illis ad nos traduximus, idc[ontra] citra culpā, quid impedit, quo secius idem de illorū artibus faciamus: quibus, si quid Hieronymo credimus, nihil est in rebus mortaliū aut utilius, aut præstantius.

DIVINO CONSILIO DISCIPLINAS AB
ethniciis expolitas, ut nos uteremur,
tion ut contemneremus.

Quoniam admirabilem rerū ordinem & harmoniam, quam uocant, paulo penitus introspicien[t]i, uideri mihi prorsus solet, nec mihi adeo soli, uisum est idem & plerisq[ue] grauissimis autoribus, non sine diuino consilio, disciplinarum inueniendarum negotiū ethni[ci]s datum esse. Immortalis enim ille rerum moderator, ut est ipsa sapientia, ratione summa constituit uniuersa, pulcherrima quadam uicissitudine distinguit, aptissimo ordine digerit, ut omnibus omnia miro quodā modo respondeant, nec quicq[ue] in tam immensa rerū uarietate ferri temere sinit. Hic aureo illi seculo, quo nasci decreuerat, uoluit ut omnes & anteactae & sequituræ seruirent se[ctates], ad huius unius felicitatē decusq[ue] cumulandum quæcunq[ue] in rerum natura essent, referri placuit: quod

H 2 ipsum

ipsum se perfectum pollicebatur. Cum exaltatus in-
quiens, fuero à terra, omnia trahā ad me ipsum. ubi mi-
hi aptissime trahendi uocabulo uidetur usus, ut intelli-
gas omnia, uel inimica, uel ethnica, uel alioquin aliena.
etiam si non sequantur ad Christi cultū, inuita trahi de-
bere. Et ubi est illa rerum harmonia, qua sit diuino Au-
gustino, ut ne mala quidem ociose creata videantur?
Quorsum ab ipsis mudi rudimentis tot figuræ, tot pro-
digia, tot mysteria spectabat: nēpe ad seculū Christianū.
Quid deinde tota lex Mosaica tot ritus, tot ceremoniæ,
tot factorū genera, tot promissa, tot oracula: non
ne, Paulo teste, hæc omnia figuræ cōtingebat illis: Iam
ut imperiorum translationes præteream quorsum per-
tinuit tanta mole Rhomanam condere gentem, tantis
cladibus, tot tam cruentis uictorijs urbi rerum dominæ
uniuersum subigere orbem: nōnne diuino prorsus con-
silio: nimirū ut iam nata Christiana religio, facilius in
singulas terrarum partes dimanaret, si ab eodem capite
tanq; in membra diffunderetur. Age nunc, qua mente
tandem orbem propè totum, tam uæsanis, tam pudena-
dis religionibus siuit irretiri? Nimirū ut una exorta, uni-
uerſas summa cum gloria euerteret. Adeo nihil sine di-
micatione fit egregium. Artes studioſa Græcia repperit,
cum qua deinde Latium certamine suscepto, bellicis qui-
dem rebus superauit, at literarum dicendiq; laudibus
propemodum æquauit: alijs rerū latentes causas rimari
curæ

D. ERASMO ROTEROD. AVTORE. si

curæ fuit, alij Promethei uinculis alligati, cœlestiū igniū
uagos recursus obseruarunt. Fuerunt qui diuinitatis ar-
cana tentauerūt, hic differendi, ille dicendi rationē inue-
tit: nō nulli mortaliū mores doctissime depinxerūt: qui
busdā rerum gestarū memoria ad posteros trāsmittere
studio fuit. Iam uero in legibus, in philosophia, quan-
tus sudor antiquis fuit: Quorsum tandem hæc omnia:
num ut nos exorti contemneremus? an potius ut opti-
ma religio, pulcherrimis studijs tum honestaretur, tum
fulciretur? Omnia ethnicorum fortiter facta, scite dicta,
ingeniose cogitata, industrie tradita, suæ Reip. præpara-
uerat Christus. Ille ministrauerat iugenum, ille quaeren-
di ardorem adiecerat, nec alio autore quæsita inuenie-
bant. Hanc artium frugem illorum ætas tulit, non tam
fibi quām nobis: siquidem ut nō quæuis regia suppedita-
tæ omnia, nec omnis fert omnia tellus, ut inquit Maro,
ita seculis suæ quibusq; dotes distributaæ mihi uidetur.
In summo bono quæredo pleriq; philosophorū & æta-
tem & ingenium triuerunt. Sed id quod erat uere sum-
mum & præstantissimum, suæ Christus ætati seruauit,
non ita tamen, ut cæteras inutiles, ac sine fruge actas uo-
luerit: id quod oculis quoq; testibus uidetimus, & corpo-
reis in rebus diligenter cauisse naturam, ne qua portio
temporis inutilis effluat. En arbores (admoneor enim
aspectu ipso ab his exemplum petere) primo iam uere
frondibus alendis, succum suppeditant. Nunc uidetis

H 3 additi

additi frondibus flores, quantum uoluptatis nobis spē
 etantibus ædant. Accedēte æstate, hi ipsi flosculi paula-
 tim in pomi carnem turgescēt: autumno mitibus malis
 stabunt arbores grauidæ, quæ simul atq; posuerint, rur-
 sus id interualli, quod ex autumno in hyemē supereſt,
 sub futurā æstatē nouis creandis surculis datur. Hyems
 tie ipsa quidem ociosa, alterna quiete terū uires reficit:
 idem coelestium orbium discursus ille, tam uarie tempe-
 ratus efficit. Sūmā in rebus discordia, sed qua nihil con-
 cordius. Eōdem ferūtur & singula & uniuersa, eōdē spe-
 ctant, ad unū quiddam tendunt. Optimus igitur ille
 moderator Christus, cum suo seculo summi boni cogni-
 tionem peculiariter destinasset, proximis ante seculis id
 tribuendum putauit, quod ad summum bonum proxi-
 me accederet, summā uidelicet eruditioñē. Quid enim
 secundum uirtutem potest homini præstabilius contin-
 gere scientia: qua quidem in re deus, Christianorū siue
 ignauiae, siue mavis, ocio consultum uoluit, ut qui esse-
 mus aliunde occupandi, bonam laboris partem adime-
 tet. Non paulo enim proclivius est, rem iam ad unguē
 expolitam perdiscere, q; inuenire. Quod nisi illi literarū
 segetē leuisſent, nobis fortassis nihil esset quod metere-
 mus. Quid enim ipsi reperiſſemus, qui illorum inuētiſ
 nō modo nihil unquam adieciimus, uerum detriuiimus
 permulta, perturbauimus omnia? Quo turpius ingrati-
 sumus, imo inuidi, qui res summo usui futuras, ne gra-
 tis

cis quidē oblatas accipere uelimus, cūm istis magno cōstiteriat, nec munus modo pulcherrimū recusamus, uerum etiam autorem muneris, pro gratia quam debebamus, summa contumelia afficimus.

HOMINES IGNORANTIA POTIVS

quām eruditione insolentiores fieri.

Hic ego perdocte, tu quidem, inquā, & uere Battē, hāt uix crediderim illos esse tam omnis humanae rationis expertes, ut uniuersam literaturam à religione segregandā putent, modo sit Christiana. **BATTVS.** Quasi uero, inquit Battus, ulla sit eruditio Christiana, quæ non eadem sit ineruditissima: loquor autem nō de mysterijs nostræ religionis, sed de disciplinis repertis. Quid enim si uera fateri uelimus post ethnicos illos nō uī à nobis repertū, quod nō idem sit indoctum? Quid autem inueniamus bene, qui aliorum inuēta tam male tuemur? Ego igitur nullam esse eruditioem puto, nisi quæ sit secularis (sic enim appellant antiquam) aut certe seculari literatura condita & instructa. Eam (si peruersa & impia absit opinio) Christianam etiam patiar appellari: quanq̄ non paucos adeo stolidē religiosos compērio, ut ne Christianā quidem istam id est, ecclesiasticam multi faciant. Quid enim inquiunt, si non simus theologi: si Christum bene scis, satis est, si cætera nescis. Nō doctis, sed innocētibus permissa est immortalitas. Num id circa damnabor, si diui Pauli scripta parū sublimiter intelligam?

64 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS

telligam? Quid si Hieronymianam dictionem non capiam? quid si Augustini & Ambrosij scripta ne legerim quidem? quid si ne euangclium quidē intelligam? stolidē:imō quid si ne teipsum intelligas? quid si camelus sis, non homo? Confide, etiam pecora cœlum obtinebunt, hominū me hercle genus nō modo stolidissimū uerumetiam impium. Atq; utinam isti Christum bene scirent, qui se gloriantur nihil scire literarum. At s̄aepē fit, ut qui in literis simplices haberi uolunt, in rebus mūdānis sint astutissimi nebulones: sed cum his mihi interim res non est. Eo hunc sermouem interieci, ne miraremini si huiusmodi nostra m illam quam descripsimus eruditionem, execrentur, qui euangelia quoq; cōtemnunt: utrum ut modo dicebam, cum his mihi res nō est in præsentia, de his loquor, qui ecclesiastice docti uideri cupiunt, & tamē ab omni seculari disciplina tanq; Iudeus ab immundis abstinent: illud interim Paulinum obliti, omnia munda esse mundis. Horū ego eruditionem ita exiguam uideo, ut nullam esse iudicem, & quauis ruditate peiores. H̄i uero omnem nostrā doctrinam ut malam, ut ethnicam, ut impiam abominantur, quod ipsi sciunt, id nō humano studio, sed tanq; cœlitus accepisse uideri uolūt. Nam etiam uulgo dīci audio, ut quisq; literatissimus sit, ita nequissimum esse. Quæ quidem cōtumelia non magis ad rhetoricos & poeticos, quam ad theologos, ad iureconsultos, ad dialecticos, ad cæteros
item

Item studiosos attinet, dignum quod ab omnibus confitetur. Si mala est eruditio, utrum tandem per se mala est, an per aliud? Si per aliud, cur simpliciter eruditio reprehendimus? Si per se, cur igitur iudicio grauissimorum autorum in numero bonorum honestorum ponitur? cur opibus anteponitur, quae per se mala non sunt? Adeo quod ueritas nulla per se mala esse potest, disciplinae liberales cum sint ueritates, bona sunt necesse est. Quod si per se bona scientia, mala est ignorantia: si mala, igitur fugienda: quamvis si naturam audiamus, quis est qui non malit esse scientissimus, quam ignorantiissimus? Hic nobis dialectici incipiunt esse barbari: Non reprehendimus, inquiunt, simpliciter eruditioem, sed quod astutos efficiat, elatos, intractabiles, insolentes, fastidiosos. Quid enim aliud peritis, inquiunt, quam uulgas effugere, eminere inter ceteros, praedicari, celebrari, nos nostris similes pro pecudibus ducere? Audistis quid istos religiosulos mordeat, contemni nolunt: imperare & ducere, non parere neque duci uolunt, & ita demum publicae paci consultum putant: si nemo extiterit, qui possit aliorum inscitiam emendare. Intelligis (ut arbitror) eruditiois calamitatem non aliude quam à superbia proficiisci. Inquisitum autem fuerit, si lippus sole accuset, cuius luce offenditur. Scientia, inquiunt, inflat, charitas ædificat. Vtrum igitur insolentia, scientiae, an nostrum est uitium? Non audebunt, ut opinor, eruditiois dicere, alioquin nemo

I unquam

66 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS

unquā fuisset eruditus, nisi idem insolens: & quo quisq[ue] euaderet doctior, eo superbior redderet. At istud p[ro]pterquam quod absurdū est dictu, perquam cōtumeliosum etiā uideri potest. In quos? In Augustinū, in Hieronymū, in plerosq[ue] alios, quos quia doctissimi fuerint, nephas sit ob id eos superbiaz insimulare. At inquis, de p[ro]phana eruditione ago. Et quidē nos accipimus, nēpe qualem in his, quos modo dixi, religionis Christianæ principib[us] & miramur & ueneramur, tuæ dissimillimā, qui ecclesiasticā doctrinā profiteris. Quid quæris? quod si nostropte, non rerū uitio insolescimus? Vtrū animus erit castigandus, an res sine causa accusandæ? Nōnne modestius faceres tu modestiæ p[re]ceptor, si ingenuæ tuam inficiiam fatearis, ac non optimis rebus calūniam struas, quo tuo uitio patrocineris? nūc ad omnia rūdis, ad hanc calumniam disertus es. Attamen, inquis, insolentiaz materiam ministrat eruditio secularis. Quis negat? At istam quidem materiam undecunq[ue] licebit sumere uel ab optimis scientiisq[ue] rebus. Idcirco ne protinus res incusandæ? An tu potius qui rebus optimis abutarte pessimus. Animus per se insolens, exerendi sui undebet occasionem arripit. Pecunia quot uitiorum genera ministrat; nemo tamen hanc ut malam accusat, sed male utentium animus reprehenditur; Quid erit tandem tam bonum, quod non aliquando mali occasionem iustitia. Non ieuiuū, nō eleemosyna, non castitas, non uirtus

D. ERASMO ROTEROD. AVTORE. 67

uirtus ipsa. Superbiunt philosophi; sibi placent poëtæ.
Eho tu, nulli superbiunt theologi? An in ullo genere su-
percilium arrogatius? Quis tamen audeat sanctissimam
theologiam in crimen uocare? Superbiunt hac permul-
ti, sed suo, non theologiae uitio. Nulli ne superbiunt illite
rati? Quid istos insolentiores facit? Nempe ipsa imperi-
tia. Quid igitur facerent, si literas didicissent?

IGNORANTIAM ESSE SUPERBIAE MA-
trem. Eruditionem contra modestiam parere.

Quoniam quid minus uerum dici potest, quam ho-
mines literatura astutos, elatos, & fastidiosos sie-
ri. Si astutiam prudentiam appellant, nihil pugno, cum
& euangelico consilio serpentum astutiam imitari iubea-
mur. De fastidio uero, cui non absurdum uideatur? Quis
igitur saxeos illos & agrestes homines ad humaniorem
uitam ad mansuetius ingenium, ad mores modestiores
adduxit? nonne literæ? Hæ singūlā animum nostrum,
affectus mitigant, frangunt indomitos impetus, mol-
liunt, & ingenium nō sinunt esse ferox. An uero hoc illi
fastidium appellant, quod ipsorum barbariem non mi-
ramur, quod imperitissimorum hominū nugis delecta-
ti non possumus? quod stercorea pro gēmis non ample-
ctimur? Vtrū hoc fastidiosi est hominis, an sani potius
& ab optimis pessima discernentis? De modestia uero
idem ego sensi, quod diuum Hieronymum ex Græci cū
iudicam sententia, & recte sensisse, & eleganter scripsisse.

I. Video.

Video imperitiam adducere cōfidentiam, scientiam uero timorem esse comitem. Quod idem Quintilianū probe uidisse intelligo: Quo quisq; inquit, ingenio minus ualet, eo magis attollere se, ac dilatare conatur. Videm⁹ enim permultos, qui prius quām quid sciāt aut nesciāt, satis cognitum habeant, iam sibi cōsummate doctos uideri. H̄i post quām & sibi persuaserunt, & dementia sua nonnullā apud uulgos eruditioñis opinionem sunt au-
cupati, & sibi non parum tribuant, & alios fastidianū ne cessē est. Docent audacter quæ nesciunt, scribunt, orant,
interpretantur, nihil non tentant, nihil non audent, suis
applausoribus freti, eruditorum tum iudicia, tum pauci-
tatem contēnunt. Pestilens hominū genus, & sua men-
te, suaq; stoliditate dignum. GVLHEL M V S. Da-
bis ueniam uel ex pacto Battē, si disputationis tuæ cur-
sum paucis remorabor. Aut ego fallor Battē, aut diuer-
sa & inter se pugnantia loqueris, Ais enim istos sibi pla-
tere, & fastidire meliores, eo quod sibi docti uideātūr: at
istud ipsum est argumentū, eruditioñē adducere super-
biā. Quanā enim alia re sibi placēt isti, quām scientia
etīā tenui, & propē nulla. B A T T V S. Recte nulla. Insci-
tia sua superbiunt isti, haud eruditioñē adserit enim illa
peritiæ p̄suasio planè cōfidentiā quādā, quæ ipsa summa
est imperitia. Recte enim Socrates dixit, nullā inscītiā
esse maiorem, quām qua quis se credit scire quod nescit.
Quod si uere docti essent, ut sibi uident, iā alios mirari
sibi

ubi minus inciperet placere. Nil mirum est si uenti plu-
 tūm concipiāt, qui sunt inanes. Solida uirtus seipſa
 contenta est, suo se preciō, non aliorū opinione metitur.
 Iſti igit̄ si doctiores eſſent, eſſet & modestiores. Quod
 nolim mihi credatis, niſi ipſi in nobis idem experimur.
 Quid enim hoc aliud eſt, quod in initio studiorum no-
 strorum, ubi disciplinas uix à limine (ut dici ſolet) lauta-
 uimus, statim efferimur, etiam tum in iplis rudimentis
 magis nobis placemus, quām ubi iam multo uſu, multa
 rum rerum certam ſcientiam, comparauerimus iuuenū
 more: qui quo minus habent prudētiae, plus habet ani-
 mi. Vnde id: Profecto quia nō dum hoc iplum ſcimus,
 quām multa neſciamus: quanq̄ hæc inanitas nō teme-
 re nobis à natura iuideri potest, ut hac falsa glorio-
 la excitati, ad ſummos labores capiſſendos puocemur.
 Alioqui quis tantas, tamq̄ diuurnas uigilias adiret, ſi
 nihil magni ſibi promitteret? Neq; in hac re planè cum
 Stoicis ſentio, qui uniuersos affectus: nō ſuperuacaneos
 modo, ſed & pernicioſos arbitrātur. Mihi ad uirtutem
 tendentibus animis, tanq̄ paedagogi quidam uidentur
 adhibiti. Hæc igitur fiducia gloriaq; ſi modo nō ſit im-
 modica, in tyronibus quidem non proſuſ uideatur iu-
 tilis, eo quod calcar & ſtimulum quendam ingenij no-
 striſ ſubijciat: nam freno uix iuuenias qui indigeant. At
 eandem gloriam iđem ubi ſaniores ſumus effecti, & ri-
 demus ipſi, & damnamus. De me fateor equidem, cum

puer esset, probe sciolus eram, & mihi placebam, cum
 hæc studia uixdum summis (ut aiunt) labijs degusta-
 sem. Nunc post tantum annorū, accedo enim ad annū
 undetrigesimum, indies mibi magis magisq; displico,
 & Socraticum illud amplector: Hoc unum scio, quod ni-
 hil scio. Tum mihi uidebar arcem tenere summam, nūc
 me ne uestibulum quidē adhuc præteriisse puto. Ac iu-
 xta Græcorū prouerbiū, tie in apijs quidem consistere.
 Tum me nihil nisi exactum, perpolitum, absoltū de-
 lectabat, nunc propè nihil non miror. Tum quosuis ul-
 tro prouocabam, nunc Miliū senescētē imitor, mi-
 nus audeo, trepido magis: ex quo facile coniōcio, ubi co-
 piōsior etiam, quām quæ nūc est, eruditio accesserit, mi-
 nus etiam mea mihi placitura. Quod si mihi euenit ho-
 mini uētosiore ingenio nato (est enim apud familiares
 simpliciter fatendum) quid alijs meliore mente præditis
 accidere putatis? Tū Guīlhelmus: Astipulor, inqt, ista
 in re tibi Iacobē: istuc enim ipsum, quod tu doctissime
 differuisti, in meipso & agnosco, & fateor: nec in paucis
 animaduerti. Maturescunt eruditione ingenia, reddun-
 turq; tum molliora, tum mitiora. BATTVS. Ita pror-
 sus, ait Battus, cuius rei nūsc̄q; non copiosissima exem-
 plā offerunt se, siue nostra, siue ueterum secula respic-
 mus. Quid em̄ dīci potest, aut cogitari superbius, quām
 summa cōfidētia docere alios, quod ipse nescias? Quod
 isti nostri antacademici passim faciunt, qui cum nihil
 sciant,

sciant, nihil non præcipiunt. Ita me deus amet, ad uomitiū usq; naufragio, quoties quorundam delicias, & stulem gloriam ex operū inscriptiōibus colligo. Qui cum nihil nisi meram barbarie euomuerint, audite quæso quām splendidis titulis, suas nugas adornēt, ut facile intelligas q̄d deficere simū isti suos catulos adament. Alius quod somniauit Gēmulam, alius Margaritam appellat: hic Floretū, ille Rosetū inscripsit: at in medio, o bone deus, ut nihil nisi carduos & loliū inuenias. Est qui Speculū operi suo nomen dedit, est qui omniū errorum syluam Catholicon ausus est appellare. Ineptius etiam quidam Mammetrectum, uelut haustum lactis gallinacei pollicens. Sunt qui Summas & summarum summas appellant, quasi lectori nō sit aliis scriptor requirēdus, ubi tales sit nactus lacunas. An non eandem insolentiā deprehendas in autorū titulis, quos ideo magnificos illis tribuunt, ut ipsi præclarum aliquid ac supra hominē profiteri videātur: Bāsilium, Origenem, Chrysostomum, & his consimiles uiros, aut non citant, aut contemptim ci- tant, ueluti censores: uerū cum crepanū illos suos doctores sanctos, doctores irrefragabiles, doctores subtilissimos, doctores seraphicos, tum sibi uidentur adferre nescio quid, cui cedere debeat, etiam maiestas euangelica. Quod si in antiquis & eruditis hās inscriptionū delicias docti non tulerunt, quis in his barbaris ferat, qui ad contaminandas literas geniti uideri possint? Quis non (pt
est)

est in protervio) suspendio trabem eligat, ubi uidet huiusmodi uoluminibus refertas passim bibliothecas, perstrepare ludos? Ex his contexi conciones ecclesiasticas, ex his colligi dogmata, quibus gubernetur orbis: ex his nos censeri Christianos, aut secus? Adde quod in tradendo nusquam haerent, nihil addubitant, omnia constar, omnia praeципiuntur. Credas eos non docere, sed leges prescribere. En modestiam quam secum adserit sapina ignorantia, quanto satius erat, Academicorum uerecundiam imitari, ad quos cum isti ne componendi quidem fuerant, nihil tamen se scire professi, omnibus de rebus pudenter disputare, quam cōfidenter affirmare maluerunt. Nec me fugit esse, qui hoc philosophorū genus patrum probent: mihi uel omnibus anteferendum uidetur, cur uideatur aliās fortasse. Iam si prisca repetimus, quid tam absuit ab insolentia, quam Socratis doctum pariter ac facundum ingenium, quem nunquam puduit undeuicunq; doceri, ne iam senē quidem. Nō sibi turpe duxit rhetorice uirilem utiq; disciplinam, à scēmina Alspasia doceri. Idem iam grandis natu, fidibus operam dedisse legitur, præceptore, nisi fallor, Cono: præterea uox illa iam nobilis: Hoc unū scio, quod nescio. Vtrū quæsto, sibi placentis, an modestissimi potius hominis uideat? Hac modestia promeruit, ut solus ab Apolline sapiens iudicare tur: quod cum alijs sibi ea uideretur scire, quæ nescirent, hic tanto esset cateris uerecundior, quāto sapientior. Id quod

quod illius apud Platonē disputationes facile indicant, in quibus omnibus apparet studiosi quidem & acuti, sed inquirentis potius, quam præcipientis oratio. Et ô utinam nostri temporis philosophastri, qui nobis fastum obijciunt, huius omnis philosophiae parentis ue- recundiam, quam Gorgiae promptam garrulitatē mal- lent imitari, qui cum ne suam quidem ipsorū uocem in- telligant, magna fiducia, quavis de re pronunciant, pro- bant, damnant, præcipiūt, præscribunt, sed aliorū exem- pla prosequamur. An fuit quicquā uno Pythagora uel acutius, uel doctius? Hic certe superiores philosophos, quam eruditione uicit, tam modestia superauit: Qui cū ante id temporis sophi, id est, sapientes soliti essent ap- pellari, ipse primus nominis arrogatiā recusauit, & se philosophum, id est, sapientiæ studiosum, quam sapien- tem dici maluit. Platonem nōnulli ob ingenij diuinam quandam sublimitatem fastus insimularunt: at in hoc ipso, quanta modestia? Vbi omnem præceptoris disciplinam ad plenum hausisset, perinde ac si nihil actum, quot maria, quot terras emēsus legitur, dum ubiqꝫ quærit quod discat? Qui Athenis magister fuerat & potes, (Hieronymianis ēm uerbis libēter utimur) cuiuscōd strinas Academiæ gymnasia personabāt, fieret denuo peregrinus atqꝫ discipulus, malens aliena uerecunde di- scere, qꝫ sua impudenter ingerere. Quid de Solone, & Herodoto loquar, quos iam natu grandes, omnes orbis

K

angulos

angulos peruagatos uidemus, laboriosa utiq; peregrinatioe, tanq; impigros sapietiae mercatores. Theophrastus philosophorū facile præcipuus, moriens, certis & cornicibus inuidisse legitur, quibus natura uitam tam diuturnā tribuisset, homini tam exiguam. Et qui omnium opinione consummatam sapientiam tenere putabatur, is se tum quærebat extingui, cum iam quid esset sapere, uidere cœpisset. Et unde in tatis ingenij tata modestia, ab imperitiâ ne, ut isti dicunt, an à doctrina quadam singulari? Quis iam Vergilio palmā inter poetas inuidet? An nō huius modestia factū est, ut dū in uiuis ageret, multis indoctioribus inferior habere? Idem à Philisco mediocri oratore, conuicijs salibusq; agitatus, ab insulso Perone famosis etiam uersibus impetus, à Cicerone summo oratore laudatus, pari modestia & illius sc̄omata, & huius laudes tulit. Quid autem de ecclasiasticis cōmemorem? quorū longe princeps Hieronymus incredibili discendi auiditate, quem tandem præceptorē recusauit? num Iudeum? num hæreticū? num Latinum? num Græcum? num Hebræum? Adeo vir doctissimus discere, q; docere putauit pulchrius. Augustino quid eruditius? at quid eodem modestius? qui iam multorū annorū episcopus ac doct̄or, nō solum se, uel ab anniculo episcopo doceri paratū fatetur, uerum nec ipsum errata sua fateri puduit, & scriptorum suorū tanquā palinodiā canere. Quis hanc modestiam è nostri

stri temporis criticis unq̄ est imitatus? An sunt Augu-
stino uel cautores, uel doctiores? An non potius quan-
to indoctiores: tanto arrogantiores? qui quicquid scri-
pserint, hoc ipso uerum uideri uolunt: quod scripserint,
pro coelestibus oraculis sua somnia recipi uolūt. De pa-
rum doctis hæc loquor, nam egregie doctum nemine
adhuc repperi, quin in eodem singularem modestiam
agnouerim. Superbus igitur & arrogantis, indoctus uo-
tabitur, iuxta sapientis Hebræi sententiā, haud doctus:
& sapientior sibi stultus uidetur, septem uiris loquenti-
bus sententias. Cauē igitur tu quī quis es, qui mihi uul-
tu religioso immodestiam obijcis, ne ista ipsa tua mo-
destia, summa sit immodestia. Nam quæso te per Mu-
isas, uter superbior, is ne qui diues inuitat ad opum sua-
rum cōmunionem, an tu qui mendicitate tua superbus,
ob hoc ipsum tibi uidere regulus, quod nihil habeas?
Is ne qui doctrina utitur ad Christi gloriā, an tu, qui cū
proximi cōtumelia contemnis alienam doctrinam, ne
apud idiotas, in quo theatro te uenditas, parū semide-
us habearis? Postremo fac utrūq̄ placere sibi, uter arro-
gantior qui sua effertur eruditio, an tu, qui tua insci-
tia tibi insolentissime places? Ille nulli obſtrepit, si quis
nolit meliora discere, tu cœlū terræ misces, si q̄s ausit do-
cere, quod tu cum tuis sodalibus nō didiceris. Huic ani-
mos facit sua facūdīa, tibi cristas maiores addit infātia,
Uter superbior? Ille per omnes disciplinas obambulat,

ut uere doctus esse possit, tu uix gustata grāmatica, ea
que misera, uix gustatis tribus syllogismis, ad hæc quæ-
stionibus aliquot Thomisticis, aut Scotisticis, repente
prosilis in theatrū, paratus cum quouis quauis de re di-
micare. Et homo uerecūdus alijs exprobras arroganti-
am? Verum ego dum de immodestia dispueto, mode-
stia sim oblitus: altius em in re clarissima, disputationē
repetisse me uideo. Sed ut finiam, ego sic mihi persuasi,
si quē arrogantē & sibi placentē uidero, eum perdoctū
esse nō credā. Itaqꝫ quod isti superbiā adducere putat,
id mihi ne supbiamus, solum remedio uidetur esse.

ILLVD PAVLI,

SCIENTIA INFLAT, QUOMODO ACCIENDŪ.

VErum instant interim suo more, & illud Paulinum
constanter ingerunt: Scientia inflat, charitas ædifi-
cat, Non mentitur, inquiunt, Apostolus, inflat scientia.
Nemo negat, sed inflat & inscitia. Quid dicitis ô theolo-
gi, & ijdem inscijs, ita ne nihilo plus una sententia è Pau-
lo decerpstis, non uenit in mētem, eūdem alio in loco
dicere. Et si imperitus sermone, non tamen sciētia. Non
audistis gloriantem, quod ad pedes Gamalielis legem
didicerit? non libros membrana scriptos sibi postulan-
tem? Quid ita Paulo in mentem incidit, ut cum fuerit
uel unus inter apostolos omnium rerum scientissimus;
cum saepius nos ad sui imitationem puocarit, hoc unio
in loco uoluerit à scientia deterrere? Quid autē est cha-
ritas

ritas spoliata scientia: nempe nauis sine clavo. Quis ut
 quā amauit quod nesciret: deniq; quorsum unq; fuit
 utilis ignorantia: Neq; mentitus est Paulus, sed parū
 intellectus: cuius quidē mētem ita demum accipiemus;
 si & priora, & cōsequentia cum medijs cōferamus. Age
 theologum interim Battus aget. Mota erat diuino Pau-
 lo de idolothytiſ quæſtio, à quorū eſu Christiani non
 nulli infirmitate quadā cōſcientiæ ſeſe cōtinebant. Alij
 peritores, qui intelligerēt idolothytiſ nihil eſſe, & mundi
 diſtihil eſſe immundū, ſine diſcrimine uelſebantur. Et
 recte quidem illi ſentiebant, ſed interim ſuperſtitioſior,
 & infirmior quispiaſ eorum offeſdebat infirmitate:
 Hinc inter fratreſ ſeditio, respondet Paulus: Quantum
 ad noſtram iſporum conſientiam attinet, nihil referre,
 utrum de iđolis immolato, an nō immolato uescamur,
 iñtereffe tamen fraternæ charitatis. Offendi enim fra-
 trem infirmiorem, qui nondum idolothytiſ queat con-
 temnere aliena ſcientia, cum uideat fratrem in iđolio re-
 cumbentem. Eoq; ſatiuſ cenſet Aþoſtoluſ hac in te fra-
 ternæ infirmitati obſequūdare, quām fratre neglecto,
 noſtra uti ſcientia: gratiorem eſſe ſuperiſ morigerā cha-
 ritatem, & ſuperbam & cōtumacem ſcientiam. Huius
 modi enim inflare ſcientiā, ſi fratrem prudēs offendas:
 at charitatem ædificare, ſi ſine tuo detrimēto fratris in-
 firmitati cōcedas. Ut ne dicam interim, quod ea res fuē
 tit illorū temporū peculiariſ. Altius à maioriſbus infide-
 K, rat

rat superstítio, quām ut subito posset reuelli, & ad cōfir
mandā euangelij doctrinā, omni obsequio erat opus.
Postremo materia offendiculi reperta erat, nō à nobis
ministrata. Hic Christianæ charitatis erat, ad tempus
obsequi fratrī infirmitati, sed hac spe, ut post resipisce-
ret. Quid hæc ad nos? quid ad philosophiā? quid ad
oratoriam, aut poēticam? sed tamē si libet, ad liberalio-
rem eruditionem torqueamus, quandoquidē didicere
qđuis arcanae literæ pati. Quātumlibet inflexeris, Pau-
lus non uult scientiam esse nullam, sed incomitata esse
non uult, niempe sine charitate. Quod si alterutra sit ca-
rendū, tolerabilius esse scientia, quām charitate priuari,
cū interpretamēto diuus astipulatur Augustinus. Per
se, inquisens, inutilis est sciētia, cum charitate utilis. Quis
enim tam demens, ut argentū rejciat, quod aurum pre-
iosius esse cognouerit? Num ideo saxa nullum habēt
usum, quod gemmæ sint præstantiores? Num idcirco
non optima quædā res est sciētia, si melior sit charitas?
Nam alio quodā in loco, ubi charitatis pœna Paulus
decantat, scientiam inter præcipua charismata ponit, pu-
ta prophetiam, fidem, miraculorum gestionem, lingua-
rum dotē, atq; id genus alia. Num facturus, si scientiā
tanq; pestiferam fugiendā iudicasset? Atqui, cur igitur
inflate dixit scientiā, inquieres? Cur ipse fuit scientissimus?
num continuo inflatissimus? Periculum ostendere uol-
uit, quo cautiōres redderet, nō ut deterreret. Tuitior est
charitas,

charitas, necessaria quidem scientia, sed periculi nonni-
hil habens, ut quæ possit esse pernitiiosa, ita si charitati
repugnet, æquius erat indoctiorem scienti concedere,
& parere, at nunc ultro imperito cōcedit doctior. Quid
tu cum tua charitate tibi places? quid scientiam caluni-
aris? Huius charitas laudatur, qui te scientia præcedit,
non tua. Nam quantū quidem in te fuit, tua ignorātiā
iam charitatē extinxerat, qui credebas esse aliquid, qd'
nihil erat, nisi huius scientia tuæ stulticiæ ultro concessis-
set, toleraris, non præferris. Nunc ute r̄ uestrū est inflati-
or, tu qui imperitus, doctiori recusas obtēperare, an hic
qui tam indulgenter indoctiori concedit, doctior? An
uero semper imperitis concedendū? Minime, sed in his
dūtaxat, in quibus necq; nisi violata charitate obsisti nō
potest, & indulgentia ea nihil incommodi uidetur alla-
tura. Non igitur deterritos à scientia Paulus uoluit, ad
quam nos suo prouocauit exemplo, uerum ne impru-
dentes in periculū incideremus, scopulos & cautes pru-
dens nauigator ostendit. Cur nos simplicem & castam
scripturam ad nostra uitia trahimus? cur nobis ignorā-
tiā placemus? cur literis & idoneos & deditos ab optimis
studijis deterremus? cur non potius, si quem uelis &
remis, ut inquit Plautus, ad literas properantem uideri
mus, huiusmodi oratiōe præmonem⁹? I bone quo uir-
tus tua te uocat: I pede fausto. Ad humanas disciplinas
plenis uelis raperis, sed caute nauiges facito: Scopulos
habet

habet istud mare: aurum & smaragdos habet istud nemus: sed per deum immortalem caue tibi à ueneni radicibus. Disces egregias artes, & ita demū utiles, si patem probitatem adiunxeris, citra eam parum utiles, aut etiā pestilentes. Caue sic illis studeas, ut recti tibi cura redat, stude non minus melior esse quām doctior: bona est scientia, charitas melior. Vtramq; alteri si comitem adiunxeris, rem absolutam conficies. MEDICVS. Haec cum Battus dixisset, Medicus iam dudū subridens (est enim vir in primis festiuus, multoq; ioci) Quis, inquit Batte credidisset unq; te hominē tam poetum, tantū tenere theologiæ? Ita me musæ tuæ bene ament, ut mihi Pauli mentem appositissime uideris explicuisse, nec te prorsus fugere uideo uerba theologica: præterea quārum audiui, equidē te pulchre cōcionari posse crediderim, quod si resūscitat nostri Iacobitæ, uero ne certatim te rapiant, & cucullum iniçiant. BATTVS. Et arridēs Battus: Istud, inquit, Musarū hostibus eueniāt, uerum ne tu impune Battum laceſſueris. Quid te uno impudentius, qui in me homine poetico, theologiæ scientiam admireris, cum te medico nihil sit theologicum magis: ego si theologus essem, nihil à poëta partibus prævaricarer. Antiquitus enim theologi habebantur ēdem, qui poëtae, & ingenui fateor eloquentium theologicum scriptis, me nō minus quām Ciceronianis delectari. Recentiorum uero tento quidem persæpe, ac mihi impero

impero, sed uomitus oboritur legēti, adeo me tum bar-
baries orationis, tum rerū perturbatio offendit. Tu uer-
to partes egredieris tuas, & theologis adeo iniuriā facis.
Nam cum illis animorū, uobis corporum cura sit tradi-
ta: tu totum hominē tibi uindicas. Sed pergam si sūnis
theologari, uel apud te medicorū omniū doctissimum
theologū, efficiam ut me neges ullos præter theologo-
rum libros euoluissē. MEDICVS. Age respondit Me-
dicus, percupio: sed te iam in uiām unde depuli, restitu-
am. Hoc erat tuæ disputationis extremū, ut charitatem
eū eruditione copulandā esse dices. Ipse quidem in ea
propè sum opinione, quam diuum Augustinū in suis
dialogis notasse video, ut credam uix à virtute diuellī
posse scientiam: uerum ut scis meæ professionis esse, in-
ter omnia mortaliū genera uersari, in quosdam religio-
sos nouuncq; incido, qui sibi hoc cōstanter habent per-
suasum, non cohætere cum pietate Christiana literatu-
ram, quam illi uocant secularem. BATTVS. Nec aber-
rant isti, inquit Battus. In ipsis enim male cohæret, qui
bus ultraq; deest, at cohæsit in Hieronymo, Cypriano,
Augustino, alijsq; mille, quorū pietatem quis audeat
cum istorum ignauia comparare? MEDICVS. Age in-
quit Medicus, scio tibi quidem cucullatos istos omnes
inuisos haberi, uerum ego ut religionem fatali quodam
amore (sum em̄ benigno Ioue natus, & item Venere)
tum admiror, tum ueneror, ita nō omnibus uitij libero.

L

Video

Video enim nonnullos ad Epicuream illam ratione proxime accedere, qui incredibili laborum fuga, ignauiam quandam, & umbratilem uitam amplectuntur. Tutos se credunt, si tanquam cochleæ intra testam perpetuo delectant, comodis corporum, uel minutis morosiis etiam consulentes. Abunde se religiosos arbitrantur, si literatum politiorum nihil prorsus attigerint: suis bene consultum putant, si ea quæ in scholis didicerunt, obliuiscantur. Iam uero ciuibus suadere non desinunt, ne liberos suos ad externas scholas, quas uniuersitates uocant, ire sinant, perisse propemodum illos, qui sese illuc tanquam ad manes demiserint, aut non redire, aut redire deteriores. Simplicitatem, nescio quam, illis praedican, literas à uirtute auocare animos, nec bonam parare metem, sed eripere magis. Stultum, inquiunt, est, disertam habere linguam, mores incompositos, dialecticis captiunculis morti nemine imposuisse. Rhetoricen & poësin neminare quidem audent, insanire geometras aiunt, qui cū scite agros metiantur, animi sui modū ignorent: astrologos delirare dicunt, qd' ea quæ supra se sunt, curiosi scrutentur: physicos impietatis accusant, quod diuinæ rimætes opera, ipsum rerū opificem negligunt. Ne sacris qui dem theologiae professoribus parcunt, hos insimulant, quod cum magna autoritate uirtutem doceant, ipsis non perinde uiuant. Ita isti Cynici nostri, uniuersum genus hominum contemnunt, censem omnes. Moriendum inquiunt

qui sunt, est omnibus. Quid tum, si sis Solomone docti-
or? quid conferunt nexus dialectici? quid oratione complexiones? moriendum est. BATTVS. Per anserem homines pistrino digni, subiecit Battus. Quis istud ignorat, omnibus esse moriendum? nihil ne interim agendum? Malum ego doctor mori, quam natus sum. Ipsi perinde disputant, ac si qui doctus sit, eum continuo malum esse sit necesse. Num qui lingua erit incōposita, mores protinus compositos habebit? Num qui dialecticē cōtempsit, statim mortis laqueos effugit? Num qui poētas nō attigit, p̄tinus erit Hippolytus? Num protinus sibi notus est, cui ignota est Geometria? Quid prodest nō suisse philosophatum in astris, si interim philosopheris in patinis? An pulchrius esse ducis, scrutari sapores gastrarū, quam arcanas rerum causas? Et ne singula perse quar, num qui erit indoctissimus, continuo religiosissimus habebit? Eruditio nos in cœlum non leuat: an ed leuabit inscītia? an rusticitas? Non præstat bonā mentem literarū peritia, num igitur imperitia p̄stabit? Non præstant bonam mentem literæ: Ut donemus istud, at nec malam præstant. Nōnne recepta est calceolaria, sutrina, textrina, fabrica, sartoria, fullonia? Nōnne etiā in honore est culinaria? Quid horum bonam mentē præstat mortalibus? Laudamus doctum pictorem, laudamus fabrum scientem, textorem callidū laudamus, laudamus etiam si sit uir improbus. Nec artem ideo mala dicimus

dicimus, si forte sit malus, qui in ea uersatur: & literatu-
 ram dñnamus, quæ ut bonam mentem non præstet, ad
 eam tamē non mediocriter cōducit. Quod si quem lite-
 ris abutentē uiderimus, non ut eruditio[n]e relinquat, ad
 monendus est, sed ne in usus peruersos torqueat. Quā-
 to rectius admonet ille philosophus, absq[ue] Christo sa-
 piens: Sicut uiue, tanq[ue] cras moriturus: sic stude, quasi sem
 per uicturus. Occupabit mors, sed malo occupet studē-
 tem, quām cessantem. Hoc tamē aduersarijs concessero
 ut pusillo, aut uehementer tardo ingenio natos, liceat à
 difficultibus disciplinis dehortari, ne si asinus ad lyrā du-
 catur, & discens & docēs simul, operam lūserit, eos autē
 quorum ingenia magni aliquid polliceri uidetur, à pul-
 cherrimis conatibus retrahere, quid aliud est, q[ui] (quod
 Paulus fieri uetat) spiritum extinguere? Quod idem si
 in summis illis (quos iam sāpe nominaui) doctoribus
 factum esset, singulari profecto & præsidio, & solatio
 iam orbata esset ecclesia: quanq[ue] interīm patronus bar-
 barorum, doctius ac modestius pro illis respondes, q[ui]
 ipsi soleant loqui. Nam hoc fermē genus hominum, ne
 nouerunt quidē cuiusmodi sint disciplinæ, in quas de
 bacchantur. Poëticen existimant artem esse meretriciā;
 rhetoricen nihil aliud esse putant, quām assentatoria.
 Geographiam, Astrologiā curiosas & improbatas ar-
 tes esse credūt, qualis Necyomantia. MEDICVS. Tum
 Medicus: Probabiliter tu quidē Batte, id est planè rhe-
 torice

torice. uerum ut interim tibi pro istis imperitiae admiratoribus respondeam, qui in summam inuidiam nos inducunt, huiusmodi seditionis concionibus imperita multitudinem concitantes. Quid igitur, inquiunt, tandem futurum est? Num soli literati celo potientur? Ita ne uos soli, qui uento fa doctrina turgetis Gigatum exemplo celum occupabitis, detrusis superis, exclusis inferis? Quid fiet imperitae multitudini? quid simplicibus fratribus, qui apostolorum uestigij ingressi, non didicunt Aristotelicos laqueos, non spinas Chrysippeas, non salem Atticu, non Plautinu eloquentia. Nonne haec est illa simplicitas, quam deus unice sibi delegisse uidetur? qui asino uectus Hierosolymam ingredi uoluit, cuius & illa exhortatio est: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Non dixit, discite compositam orationem, me tibi coelum, nectere syllogismu, sed, humilitatem discite. Multa nobis præterea de agno & columba, quoru apellacione rudis animi tractabilem simplicitatem signis ficiatam uolunt, uerum ego iamdudum memorem moneo, qui haec cotidie audias ab istis deblaterari apud in doctam plebeculam.

BATTVS. Papæ tu me medium in theologiam uocas. Battus inquit, Medicus poetam: sed quod asinum isti se imitari dicunt, iam hoc priimum mihi satis quadrare uide, nisi quod iudicem ignavia & tarditate asinum facile repræsentant, cæterum & leonis & tigridis, & scorpij non exiguam partem isti assi-

no admiscuisse uidentur tanquam Chimæra, ex uarijs monstrorū figuris compositi. Quod si uacaret in præsentia istius asini, istius columbæ, istius agni mysteria pse qui, facile appareret isti hominū generi in hoc ordine nullum esse locum. Hoc ad refellendū satis arbitror, istas mysticas appellations non ad scientiā, sed ad mores esse referēdas, hoc est (ut magis theologice dicam) nō ad intellectum, sed ad affectum. Quid enim potest esse istiusmodi mente magis (ut ita dicam) asinum, quæ istorum hominū importunas nugas possit & dissimulare, & perpeti? Quid æque columbinū, quid agnīnum magis? Iстis uero quid cum asino præter stoliditatem cōmune est, qui neque duci à sanioribus patiuntur, & omne laborum genus tanquam pestem fugitant? Quid simile habent ad columbam, qui tanta amaritudine fraternæ inuidēt uirtuti? Quid illis cū agno, qui nihil habēt quod alijs possit esse usui? Hieronymus, qui tantam laborum in adaugēda religione Christiana exhausit, asinus fuit. Augustinus qui perpetuam operam Christianis præstítit, asinus fuit, hos asinos imitemur. Cur homines ignauí, & numero tantum nati, suæ interieritæ his cōmentationibus blandiūtur? Appellant se simplices fratres, cum possint cum quoquis ueteratore certare, si quid agatur, quod ad uétris & gloriæ negotiū pertineat. Non recuso meum nomē, quo minus inter mendacissimos scribatur, nisi quod dico, fatebuntur omnes, quibus

quibus cum istis simplicibus fuerit propior cōflictatio.
 Verum ut dolorem quoq; illorum placemus, qui sese
 ob imperitiam extrudi putant, recipimus, adiungimus,
 amplectimur: at ita si aures mihi paulisper commoda-
 tini, dum paucis rem absoluo. Haud temere multis au-
 toribus uideo placuisse nobilem illam Hesiodi senten-
 tiā, tria hominū genera constituentis: Primum qui
 dem eorum, quicquid rectum sit ipsi per se intelligunt;
 idemq; sequuntur: Alterum eorum, qui per se quidem
 parum sapiunt, at sapientū monitis obsequunt: Tertiū
 ad nihil utile appellat, uidelicet horum, qui neq; ipsi sa-
 piunt, neque credunt recta monenti. Primi boni sunt,
 idemq; docti. Alteri boni quidem illi, uerum indocti.
 Postremi neutra re, neq; doctrina, neq; probitate p̄r-
 diti. Primū hoc genus, ut multo p̄stantissimum, ita
 praeципue expetendum. Secundum ferendum quidem,
 at ita solum, si doctioribus acquiescat, quod si intracta-
 biles, ut ferè solent, esse pergunt, iam tertij generis esse
 incipient. Doctrinam itaq; edico necessariam, sed quò
 mittis indoctos? In malam crucem (ut comici dicunt)
 si doceri recusent. Si dociles sint, admitto, uerum penes
 aliquos eruditio perseueret, necesse est. Quod si omnes
 crimus illiterati, quis castigabit errores imperitorū? Sūt
 in pictorum officinis, qui artis ignari, tantū quod iussi
 sunt faciūt, terunt, miscent, purgant. Est quidem nōn u-
 la ex parte utilis horum opera: at ita demū, si monstra-

tor

tor adsit, alioquin ociosa. Nec audiendos puto, qui dicant, non paucum esse descendas literas: nec enim opus esse tanta turba eruditorum: A paucis plurimos duci posse, cur enim quod in paucis pulchrum est, non multo erit, in multis præstatius? Cur quisq[ue] uerat ad id quod omnes præstantissimū fatentur, enī? Sapiens imperator tametsi gregariorum militum utitur opera, & ignavos strenuis misceri patitur, ac ne licias quidem & calones ejicit, multo tamen malit omnes Scæuolas, omnes Sicinios, omnes Decios, si dentur. Intolerabile uero naphas, si gregarius miles egregij cōmilitonis, fortiter factis inuidens. dicat: Quid? si omnes insignes erimus, quò mittimus gregarios? Si omnes literati, quò illiteratos ejcimus? quasi uero illiteratis usquā sit opus. Si quibus aut non licet, aut non contigit eruditio, qui escat potius, ac desinant alios pulchrius aliquid conantes impedit, illū sinito præcurrere, tu ducem sequere, eodem tamen peruenturus. Vulgi quidem imperitia non laudatur, sed si tractabilis sit, non contemnitur. Quod autem fertur, id placet, collatum quidem deteriori: placitum tamen amplius, si ipsum in melius quippiam cōmutet. Si rudes simus, & doctis auscultem⁹, bene quidem est: at meliores erimus, si ipsi etiā docere indoctos potuerimus. Quare rem paucis sic habeāt, qui & indoctus, & indocilis est, siquidē ignauia sit in causa: aut in eo uitæ genere ueretur, quod eruditum hominē postulat, iam hoc.

hoc ipso malus est, quod ignarus. Tu in publico ludo bonas literas profiteris, & harū inscitiam prædicas? Tu libros audes scribere, in quibus nos à literis dehorteris? Tu populo præfectus es, & quod doceas non uis discente? Quod si priuatus sit, & eruditio non neglecta quidē uerum non contigit, is sibi uni satisfaciat, sibi ~~uni~~ natus, sibi uni uiuat, nō fastidiendus à doctioribus modo suā agnoscat imperitiam. Qui uero probitati eruditionem adiunxit, is tanto erit præstantior, utilior, ornatior, quanto id fecerit cumulatius: nunc nulli magis exercent tyrannidē, quam isti apostolicae simplicitatis histriones. Abbatess indocti nō patiūtur ut monachorum quisquam attingat bonas literas, quo magis illis quicquid collubatum fuerit imperent, malunt enim in beluas, quam in homines habere imperium. Ptochotyranni cupiunt populum esse stultissimū, quo facilius imponant, & quiduis persuadeat, quodq; magis superstitione territent. Nā eruditio ferè liberat hominem superstitione. MEDICVS. Tum Medicus: Vera sunt ferè quæ narras, sed quandoquidem simplicium istorū causam semel suscepī, non patiar me prævaricatorem uideri: nam tu Battē, quæ pro te faciunt, diligenter exponis, at quæ lədunt, dissimulas. Ad partitionem tuam redeo: Quid si literatus sis, & idem malus, quonam in genere te ponemus? BATTVS. Imò si neq; doctus sim, inquit Battus, & malus, quo in genere numerabor; Sed istuc ibam. Age M & quartū

& quartū istud, tribus Hesiодi generibus addamus, si placet, fieri enim potest, ut recta quis intelligat, nolit tamen intellecta sequi, ut optima sciat, pessima faciat. Sed mane, iam quid paraueris colligere, video, nō est igitur bona eruditio, quæ malis cōtingat. Probe cōsequeret, si malos facit, mala est: aliud est eruditio, aliud uirtus: ut qui bonus est, non continuo doctus est: ita qui doctus, non continuo bonus. Sed latius explicandæ rei gratia, quatuor hominū genera statuamus. Loquor enim iam tibi Medicē, tanq; imperitorū patrono: tu caufam tuo, rūm clientum, ita ut cœpisti, tuere. Statuamus, inquam, utrinq; binos hinc duos: alterum doctum & malum alterum indoctum & item malum, uter alteri præferendus uidetur? MEDICVS. Ac Medicus: Nempe is prior multo erit nequior, inquit. Atqui istuc ipsum sat est sīgni, non bonam esse literaturam, quæ reddat nequiore. Tuo te iugulo gladio. BATTVS. Evidem uter alter sit nequior, inquit Battus, uix ausim definire. Certe uterq; accusandus mihi uidetur: alter quod optimis rebus abutatur, alter multo fortassis amplius, quod ne scire quidem curauerit. Priorem tangit prophetæ criminatio: Sapientes sunt ut faciat malum, bene autem facere nesciunt. Alterū æque Dauidica illa: Noluit intelligere, ut bene ageret. Nam ex illiterata malicia nihil potest expectari commodi: literata malicia et si sibi perniciosa est, alijs tamen aliquid commodi afferre potest. Imperitissimā

Si mala mens accesserit, peccatur cōfidētius, pudetur mis-
 tis. Imperitus quicquid magnopere cupit, id recte fieri
 putat: at eruditio tametī prauas cupiditates omnino
 non phibet, temperet tamen necesse est. Fieri enim non
 potest, ut qui honesti & inhonesti discrimen scite intelli-
 git, non aliquando & turpitudinem exhorrescat, & vir-
 tutis speciem admiretur. Præterea qui doctus est, uel si-
 mulat honestatem, quod est uirtuti proximū: indoctus
 è uitis suis etiam laudem sibi pollicetur. Ille morbum
 suum probe intelligit, quo sanabilior est: hic penè despe-
 randus est, quod sibi sanus uideatur. Illi ad uirtutem ar-
 ma sunt instructa: hic nihil habet ad uirtutem adiun-
 ti: uerum hoc ad nostram disputationem nihil interest.
 Donemus minus esse pernicioſam rusticam maliciam,
 docta malicia, num igit malæ literæ? Imò uel hoc uno
 argumento sunt optimæ, ut telum quo me iugulare pa-
 rabas, in te retorqueam. Primum enim nō adferūt ma-
 liciam literæ, uerum additæ tanq̄ fax prælata, reddunt
 cōspectiorem. Ut exempli causa, duos video adulteros,
 alterum coelibem, coniugatum alterum: cum nō dispar-
 sit admissum, non par tamen culpa erit, nempe in conju-
 gato turpior. Cur ita, an quia malum est coniugium?
 Minime quidem: uerum quo res sanctior est cōiugiū,
 eo grauior est noxia, illud adulterio temerare. Qui rem
 sacram inuncarit, grauioris piaculi tenetur quam furti,
 nempe sacrilegij: ergo ne prophanum sacro anteponen-

M 2 dum:

dum: In sacerdote grauioris est culpæ stuprū ,quām in laico, ergo ne malum sacerdotiū? Quid nīc fecit nequio, rem: imò nīs melius effet sacerdotium , non faceret hoc pacto nequiorem. Quo nanq; res quæq; erit sanctior, eo abutens erit turpior. Sed iam alteros duos componamus. Pone duos utrosq; probos , & alterū rūdem , & alterum literatū, uter utri anteponendus? Tergiuersamur, hæsitant: modo inquiunt , inueniatur doctus , & idē probus, Fateor quidem huius generis summā esse inopiam, nam indoctorum & improborum magna ubiq; est copia. Verum quid hæsitant, ubi nihil hæsitauit Hieronymus, qui libere, & plenis, ut aiunt, buccis , sanctæ rusticati, sanctā eruditionem anteposuit. Daniel , inquit in fine, sacratissimæ uisionis, ait iustos fulgere quasi stellas, & intelligentes, id est doctos , quasi firmamentū. Vides quantū inter se distant, iusta rusticitas, & docta iusticia: alij stellis, alij cœlo cōparantur. Idem paulo ante: Sancta rusticitas solum sibi prodest, & quantum ædificat ex uitæ merito ecclasiā, tantum nocet, si destruentibus non resistat . Vere profecto Hieronymus hæc ut omnia: nam quo quodq; bonū latius patet, eo præstantius sit necesse est. Qui uiuit integræ, magnā quidem illerem agit, at sibi uni confert, aut cette paucis quibus cum uictitat. Quod si huius integrati doctrina accesserit, quanto iam pulchrius ac latius, quasi face adhibita, uirtus pollebit. Si uero eiusmodi erit, qui possit pulcherri-

mas

mas animi cogitationes mandare literis, hoc est, si praeferat quod doctus, etiam disertus fuerit, huius demum hominis utilitas latissime manet necesse est, nempe non ad conuictores modo, non tantum ad aequales, non tantum ad finitos, ueruetiam ad peregrinos, ad posteros, ad ultimos orbis incolas. Indocta probitas, nisi scriptis posteritati comedetur, cum suo autore demoritur. Doctae eruditioni, non terra, non maria, non seculorum longa series obstat, quo minus ad universos mortales peruolet. Nolo hic inuidiosam suscitare comparationem, plus ne contulerit nostrae religioni martyrum sanguis, an eruditorum hominum stilus. Non eleuo martyrum gloriam, quam copiosissima quidem oratione quisque assequi queat: at quantum ad nostrum attinet comedum, non nullis etiam haereticis plus propere debemus, quam quibusdam martyribus. Et martyrum quidem summa fuit copia, doctores per pauci. Martyres moriendo Christianorum numerum imminuerunt, docti persuadendo ad auxerunt. In summa: Frustra illi pro Christi doctrina sanguinem fortiter fudissent, ni hi ab haereticis eam suis literis vindicassent. Quare non tam ingrata erit Christiana religio, ut bonas literas, quas in rebus afflictis, tam salutaris experita est, nunc in pace rebusque florentibus in exiliu extrudat, per quas & pacem & felicitatem sit assecuta. Quo magis nonnullos demirari compellor, qui prudenter etiam eruditionem se fugere fateantur. Nam quod ab ethniciorum

M 3 inuestis

94 ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS

inuentis abstinere se dicunt,id quidem plusquam insatiatum esse iam demonstrauimus. An uero est aliquid, quod aiunt, insolentiam sese uelle effugere? At uide ne ista sic non tam infirmi animi trepidatio, quam inertiae fucus, culpam fingere, ubi culpa no[n] est. Istos ego ita deum simpliciter errasse intelligam, si moniti ac correpti corriganter: alioqui quænam erit ista religio, minimi mali metu, in maximam incidere perniciem? Ita inepti dum muliebriter trepidantes, curiositatis uitium student defugere, in diuersum, sed multo perniciosius decidunt. Frustra uitium uitaueris illud, si te aliò prauum detorres, ait Horatius. Male Scyllam effugeris, si in Charybdi[m] incidas: male procellam declinaueris, si ad litoris scopulos nauem fregeris. Hi sunt quorum puerilem, ne dicam peruersam trepidationem, sanctissimus ille & regum & prophetarum Dauid notauit: Illic, inquiens, trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Nam qui supersticie uentum obseruat, is nunq[ue] se mari credet: & qui nubes anxie considerat, is metet nunq[ue]. Quid autem perniciosius, quam illuc metu fingere, ubi honestissimi sint capiendi labores: hic ubi sumnum & certum est periculum, supinu[m] stertere? Illi inepta sedulitate nostris ex oculis curiositatis festucam uolunt educere: ipsi in suis ignorantia trabem non sentientes. Nos criminatur, quod plus quam sat est sciētes, semper plura discere cupiamus: ipsi nec illa scire curant, sine quibus nec homines sumus, nec uiuimus.

tiluimus. Iam factos modum oblitos, utrū honestius est in rebus honestis ultra limites esse, an citra? Vtrum ptaestabilius excedere, an deficere? Veretur necubi in libris ethnicis aliquid forte minus seuerū tetricis auribus infonet, nec uerentur terrificā illam domini uocem: Set, uie nequam, quare non dedisti ad mensam pecuniam meam, & ego utiq; ueniens cum usura exegissim illam, Adeo nihil æque auersatur deus, ut ignauiam. Filium perditum, qui uniuersam substantiā in scorta, lenoneſcq; & popinas dissipauerat, in gratiam latus recipit: seruum qui talentum integrum etiam restituit, tam immaniter obiurgat. Semina quædam bonarum artium indidit nobis parens deus, intellectum, ingenium, memoriam, cæterasq; animi dotes: talenta sunt ad usuram credita, quæ si exercitatione ac studio quasi duplicauerimus, ut impigros seruos dominus reuersus laudabit, peculium esse sinet: sii acceptum talentum in terrā defoderimus, quo tandem animo domini redeuntis oculos, ora, uocem feremus, ubi cæteris pro accepta sorte lucrum annumentibus, nos inutile talentū referemus ignauis. Hic erit cur trepidare merito potuissent isti meticulosi homines, non illic ubi commodi plurimum, periculi perparum.

CONFUTAT AVTORITATES

AVTORITATIBVS.

Hic cum Battus collectis oculis, aliquandiu intersi-
luisset: Deum immortalem, inquit, quantū dispu-
tationis

tatiois campum aperiri uideo, sed sit modus. Dextrum, igitur cornu (ut arbitror) uel profligauimus, uel certe inclinauimus, urgent tamen hostes, & sinistrā alam infensis animis admouent, sacrarum literarū armis nos eminus cominusq; territant, Primū igitur erit, hostibus sua tela eripere: deinde suomet ipsos (ut inqt Comicus) gladio iugulare. Rationibus cedere coacti, ad ecclesiasticas literas configiunt, & nobis occidunt, quod ipsi nō intellegunt. Hic mihi Cato, nescio quis, reducto mēto, labris porrectis, oculis stupidis, supercilios adducto, dextra plata, leua cingulo injecta: Faceſtant, inquit, humanæ cauillatiōes, audiamus quid diuina ſcriptura iubeat, Pauſum audiamus, Non altum, inquit, ſapiētes, ſed humilibus conſentientes. Idem ſapere iubet ad ſobrietatē, Iterum alibi: Noli altū ſapere, ſed time. Rurſum alibi: Qui ſe exiſtimat aliquid ſcire, non dum ſcit, quemadmodum oporteat eū ſcire: & qui ſibi uidetur ſapiens, ſtultus ſiat, ut ſit ſapiens. Ad eundem modum Elaias: Perdam, inquit, ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentiū reprobabo. Item diuus Iacobus: Non eſt enim iſta ſapientia de ſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia, primū quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, nō iudicans, ſine ſimulatione. Huiusmodi aliquot ſententiolas homines ineptiſſimi in nos iaciunt, quas omnes recenſere,

recensere, tum odiosum sit, tum ad nihil utile, prasertim quod & eodem spectent, & eadem ratione dissoluti possint, uniuersa ista quidem & iure & recte scripta. Verum nos alio torqueamus deprauamusque, quae recte dicta sunt, siquidem ad nostram tegendam ignauiam defletemus, cum tam euidentis sit, ut (quod inquiunt) sententi possit manibus, his sententijs non uituperari eruditum, sed admoneri nos, ne mundi successibus sublati animis parum meminierimus Christianæ modestiæ. Opes addunt cristas, hic metuendū quod monet Paulus, immo ad eos hæc pertinet, qui profecerūt in virtutibus. Neque tamen inficiabor, hæc ad eruditos quoque pertinere, uerum non omnes, sed eos duntaxat, qui aut effetur sese quod paulo sint eruditiores, aut eis in studijs uel immo dici, uel intempestivi inueniantur: aut suæ sententiae tenaciores, audeant ab ecclesiasticis opinionibus desiscere, aut certe alioqui bonis literis abutantur. Inuisa est superbia, impia, superba, impudica literatura. Scimus istud, adde & mortalibus odiosa, merito in hæc fulminat scriptura. Horreant & corriganter, qui noxiā agnoscunt, gaudeant immunes. Quid hæc ad imperitos, qui propè nihil didicere? scilicet hoc credo triūphant, quod egregie cauerint, ne quicquam horum in se dici possit. Neque enim reprehendi potest, quod male rem administret, cui nihil unquam rei fuit. Ridicule profecto, perinde quasi istæ sententiae peritos literarum magis quam imperitos feriant

N

riant

riant. Itá ne in solos eruditos cadit, altum sapere, at non
multo maxime in stolidissimū quenq; Quid tandem
est altum sapere, alte doctū esse, an potius sibi placere?
Eis ista canātur, non qui bene docti sunt, sed ijs potius,
qui cum nihil didicerint, doctioribus imperare conten-
dunt. Non studiosis, sed diuitibus, inquit Paulus, nō al-
tum sapere. Eruditis ista non apte canūtur, stolidis ista,
contentur, qui alienam eruditionē fastidiunt, suam ru-
sticitatem mirantur. Et quæ tandem est illa scientia ani-
malis diabolica? utiq; quæ zelum amarum habet, quæ
cōtentiones & similitates parit, quæ aduersus ueritatem
dimicat, hoc apostoli sentiebat animus, hoc ipsa sermo-
nis series ostendit. Quid simplicem scripturam torque-
mus? quid inuitam & reluctantē trahimus? Non hic
de literis liberalibus, sed de theologicis quæstiūculis agi-
tur, quas nihil ad rem pertinētes, nō nunq; inter se perti-
nacissimis cōtentioībus agitant, quo stultu popello sub
līmiter eruditū uideantur, cum eruditio Christiana nesci-
at superciliū. Quid autē istis cōtentiosissiūs, qui cœlum
terræ misceant citius tñ usq; cedant? protinus hæretici
uociferantes, si quis ab illis dissentiat. Atq; hæc quidem
è scripturis, quas appellat canonicas depromere solent.
nunc pauca proferam, quæ de cæteris scriptorib⁹ arma
soleant mutuari, at ne iuxta Græcorum prouerbiū, ha-
renas metiamur, plurimos repetendo, unius Gratiani
meminisse sat fuerit, qui prater cæteros nos terrete po-
terat

terat, si nō autoritate, certe uoluminis immanitate. Nu-
per igitur cum ē schola Parisiorum in patriam reuersus
essem, incidit mihi cum quodā concertatio, homine ca-
pitaliter nostris studijs infenso, alioquin humano, co-
mi, nec ineleganti, bello, lerido, festivo, & quod his uit
utibus conuenit, amatore strenuo, potore invicto, co-
messatore assiduo, aleatore fortissimo, multisc̄ id ge-
nus uitutibus exornato. Accreuerat mihi cum hoc Sar-
danapalo iam itide à puerō cōiunctior familiaritas, cui
quidem adhuc tribuo, ut nomini parcam congerronis
uetusti. Cōsueuit mihi comicorū militum more sua ia-
ctare facinora: quot eadē in urbe haberet amicas, quo-
ties & q̄bus artibus ad alienas uxores penetrasset, quot
riuales superasset, quoties una nocte marem præstare
potuisset, quæ barathra bibendo quanta cum gloria ui-
cisset. Haec erant hominis studia, in his operam, curam,
uoluptatem, ocium, & negocium, in his felicitatem repo-
nebat. Huiusmodi nugis, cum iam biduum mihi aures
calfecisset, incidit inter prandendū, ut nescio quid amœ-
nius ē poëtarum fabulis proferrem. Ibi homo sui repē-
te oblitus, nouam quandam religionem coepit assume-
re, execrari uero me, qd̄ ethnicos illos, & impudicos au-
tores legerem, iam & serio hortari ut resipiscerem, ut il-
lis relictis, ecclesiasticos euoluerem. Miratus sum subi-
tam hominis metamorphosim, ex Epicureo mihi factū
Zenonem, Rogabam quid ita censeret, & nunquid:

N 2

ipse

ipse eosdem legisset, abhominatus est perquam religiose. Nunq̄, inquit, in uita nec attigi istos, nec attigero, sic mihi superi sint propicij. Istud, inquam, uel citra iuslurandum facile tibi creditur. Sed quid tu illos tantopere fugis? Nam si pudici sunt, non habent cur uitentur, si impudici, quid ita fugitas eos, qui eadē scribunt quae tu facis? Cur non amplecteris potius tuarū uirtutū praecones? Ibi tuorum morum imaginē expressam agnosces, Echo Sardanapale, non te pudet tandem cum istis factis, mihi frontē istam ostendere. An uero me tuam iubes religionem imitari, qui grauius flagitium putas ethnicium librum attingere, quam uxorem non tuam permolere, potare, amare, costuprare uirgines: tu ludum & pu eriles nugas iudicas, legere poētam pro capitali flagitio ducis? Tibi licebit ethnica flagitia designare, mihi nō licebit ethnicas litéras perdiscrere. Dissimulauit homo bi lem, dicens huiusmodi cauillatiunculis lautum prandium non esse corruptendum, post spacium pomeridianū, duxit me tanquam officiosus in bibliothecam publicam, ubi cum me uideret homo Ciceronianis quibusdam dialogis, qui mihi forte in manus incidenterant, attētus incumbere, tandem irritatior, Gratianū, quem unum legerat, mihi obijcit: Iam, inquit, te confutabo planissime. Com monstrat distinctionem tricesimā octauam, in qua de liberalibus disciplinis, nescio quae quæstio tractatur, at ita tractatur, ut pariter omnia in dubiū uocetur. Quod quam

quām sit absurdum quis non uideat? Iubeo p̄tunciet,
uix legebat, tantū aberat ut recte intelligeret. Episcopus
gentilium libros non legat, hæreticorū autem perlegat
pro necessitate ac tempore. Rogabam hominē, quid si
bi uellet, pro necessitate ac tempore? Ait, si forte contra
hæreticum aut disputandū esset, aut scribendū. Et quid
inquam, si idem contra ethnicum usu ueniat? Quid si
nec theologorū libros intelligere queas? Non iam ui-
des oriri necessitatē? Non placebat ratio, iussi perge-
ret legere. Nōnne uidetur in uanitate sensus, & obscuri-
tate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialecti-
ca arte torquet, qui physicus perscrutator oculos trans
coelum leuat, & cætera quæ sequuntur. Item illud: Sicera
inebriantur, qui abutunt sc̄ientia seculari, & dialectico-
rum tendiculis. Hic ego: Et non uides, inquā, abutuntur
dictum, nou autē habent, ut intelligas sapientiæ secula-
ris planè usum quendā esse, neq; ueritū, neq; ociosum?
Post multa congesta, ita suo more doctissime colligit
Gratianus, ex quibus omnibus concluditur, quod non
est ab ecclesiasticis secularium literarum quæreda peri-
tia. Iam perinde ac si debellatum esset, ita cœpit ineptus
se ad triumphum præparare, uix exoraui, ut paucis me
auscultaret. Et non intelligis, inquam, hanc ipsam collec-
tionem contra te uehementer facere? Primum non mi-
randum fuisset, si homo secularium literatum ignarus,
eas cōdemnasset, præsertim in hac parte, ubi uestigandi

N 3

gratia

gratia, data opera, aduersus illas pugnat. Nec tamen ausus est concludere, interdictam esse ecclesiasticis ethnica literaturam, uerū non esse querendam: frustra enim ibi queras, ubi minime sit, sed extra iocū querendā, id est, exigendam. Non hoc igitur in quæstionē uocatur, sicut ne ecclesiasticis concessa eruditio secularis, sed an sit exigenda: non an habere, sed an carere liceat. Adiecit ecclesiasticis, ne quid dubites; hanc à scholasticis prorsus exigendam. Vobis ignoscit si careatis: nos si careamus, damnamur. Vides igitur quod tua ista conclusiuncula pro nobis faciat, sed mane paulisper etiam nunc accusationem audiuiimus, defensionem audiamus, nondū satis pertinisti Gratianicam eloquentiam de una quaque re, non in utramuis sed in utrancq; partem disputat, & quidem pati copia, pariçp; facundia: quod idem olim Gorgiam & Carneadem fecisse legimus. Nunc huius palinodiā audi. Iussi paginam euolui, consequūtur enim illa, sed ecce tra legitur, quod Moses & Daniel, omni scientia Aegyptiorum & Chaldæorum eruditi fuerunt, & post pati turbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis secularibus libris, omnibus modis existimat prohibendos, in quibus si qua inuenta sunt utilia, quasi sumere licet: alioqui Moses & Daniel sapientia Aegyptiorum & Chaldæorum non paterentur erudiri, & alia quæ sequūtur. Rursum paulo inferius ex Ambroſio. Si quis artem nouerit grāmaticam, uel dialekticā, ut recte loquendi

loquendi rationē habeat, & inter falsa & uera dījudicet,
non improbamus. Mox ex eodē: Qui de uino & men-
sa regis uolunt comedere, ne polluantur, utiq; si scientia
Babyloniorū scirent esse peccatum, nunq; acquiescerēt
discere, quod non licebat. Et iterum aliquanto inferius:
Ex synodo Eugenij pōtificis, de quibusdā locis ad nos
refertur, neq; magistros, neq; curam inueniri pro studio
literatum, idcirco ab uniuersis episcopis subiectis plebi-
bus & alijs locis in qbus necessitas occurreret, omnino
cura & diligentia habeatur, ut magistri & doctores cō-
stituantur, qui studia literarum liberalium artium dog-
mata doceant, quia in his diuina maxime manifestan-
tur, atq; declarātur mandata. Hæc ubi ostendissem, ro-
gabam, nunquid pōniteret Gratianū obiecisse rhetor
culo. Nunq; inquit, ista ante hac animaduerti. Nec mi-
ror, inquā, si nō capis uenatu, quæ minime uenaris: quæ
pro te faciunt, ea demū excerptis: quæ pro tua causa face-
re uidentur legis, nec per legis, nec intelligis ea quæ legis:
quod non ita tibi eueniret, nisi tam in fugiendis literis
ethnicorum esses religiosus. Audisti modo à sanctissi-
mo concilio cautum esse, ut omnibus in locis comparen-
tur, qui liberales disciplinas doceant, & quidem assidue.
Nulla autem ex liberalibus disciplinis Christiana est,
quia neq; de Christo agūt, neq; à Christianis inuentæ:
ad Christianum autem omnes referuntur. Nec est quod
sergiuereris, nullam artem excepit, non rhetorice, non
poësim

poësim: omnes in genere edicti forma complectit̄, nisi
 cauillaberis poësim liberalem non esse, ut quæ in ludis
 triualibus inter eas non numeretur. Ego uero contem-
 pta ista præscriptione, non liberalem modo, uerum etiā
 liberalissimam iudico, quippe quæ liberis olim, non in-
 ter cæteras, sed ante cæteras tradi consueuit. Obmutu-
 it meus iureperitus, iubeo reliquos suos autores ostendat,
 recusat. Ipse à Decretis ad Decretales epistolas du-
 co, titulū de magistris ostendo, ubi diligēter cauetur de
 parandis linguarū doctoribus: cum isti Christianū nō
 patent, nisi sit elinguis. Hinc itur ad Antonini summā,
 ad Pisanam, ad Astaxanam, ad Angelicam, cæteros-
 que non autores, sed congeſtores: omnes ferè eandem
 cantilenam canunt, & coccyx coccyi succinit. Est enim
 huic scriptorū generi moris, nihil suū ponere, sed diuer-
 sorū dicta hinc atq; hinc decerpta congerere, non mo-
 do diuersa, uerum etiam aliquoties inter se pugnantia,
 sat habent coaceruas, cæterum iudicij onus lectori re-
 linquentes, cui ubi iam longa lectione cerebrum uerti-
 gine rotari & caligare acies cooperit, nō multo certior sur-
 git, quām Demipho ille Terentianus, qui ex tribus ad-
 uocatis consultis, cum unus suaſſet, alter negasset, tertius
 us deliberandum censuſſet: Fecistiſ, inquit, probe: incer-
 tior sum nunc multo quām dudum. Horum igitur odi-
 osas disputationes, cum iam complares legiſſemus, huic
 euadebant omnes, Ethnicarum litterarum uolumen ne-
 minaj

mini uitio uerti, imò laudi potius ducendū, uerum abusum perniciosum esse, eoç uetitum, id quod nemo puerorū nesciebat. Iam mitis erat, sed libebat hominē paullisper eludere, rogabā nuncubi in suo Gratiano legisset, licere uiris ecclesiasticis amare, potare, scortari, moechari. Negabat: at ista iam uulgo faciūt, & dormiūt decreta, nobis qui oratores & historicos ethnicos legimus, obīciuntur. Sed obsecro te, quandoquidem tibi morē gessi, mihi iam mutuam operam redde, & meos theologos paulisper consulamus. Hieronymum aperio, locum forte obuium ostendo, ubi de muliere captiuā disputat, quam eruditōrem prophanā, uir doctissimus & apte & festiue interpretatur. Quid ergo, inquiens, mirū, si & ego sapientiam secularem propter eloquij uenustatem & membrorum pulchritudinem, de ancilla atq; captiuā Israhelitidē facere cupio, & si quid in ea mortuum idolatriæ uoluptatis, erroris libidinū, uel præcido, uel rado, & mixtus purissimo corde uernaculos ex ea genero domino sabaoth. Labor meus in familiam Christi proficit: stuprum in alienam, numerum auget cōseruorum. Neq; orationis metaphoram, ne uocabula quidem intelligebat: ancillam ministrā domesticam putabat: uernaculos, quo sanè uocabulo Hieronymus elegantissime usus est, quid sibi uellet, nihil potuit suspicari. Hic iam, inquam, ulciscuntur contumeliam in se admissam literarū seculares: erat autem locus in ea epistola in primis nobis.

O li, quam

si, quam ad magnū oratorem inscripsit, an scripserit ne-
scio, in qua uir sanctissimus sic ubi aliās sententiam inui-
diæ placandæ gratia uafre dissimulauit, hic certe nō per-
plexe proloquitur. Repetamus, inquam, à capite (non
enīm per longa est epistola) quod autem quæris in calce
epistolæ tuæ, cur in opusculis nostris seculariū literariū
interdum ponamus exempla, & candorē ecclesiæ ethni-
corum sordibus polluamus. Breuiter responsum habe-
to: nunqz hoc quæreres, nisi te totū Tullius possideret,
si scripturas sanctas legeres. Si interpretes earum, omisso
Vulcatio, euolueres. Quis enim nesciat & in Mose, & in
prophetarū uoluminibus quædā assumpta de gentiliū
libris, & Solomonē philosophis Tyri & pposuisse no-
nulla, & aliqua respodisse. Vnde in exordio Prouerbio-
rum cōmonet, ut intelligamus sermones prudētiae, uer-
sutiæ sc̄p uerborū, parabolas, & obscurū sermonē, dicta
sapientū, & enigmata, quæ proprie dialecticorū & phi-
losophorum sunt. Paulocz inferius Paulum collaudās:
Ac ne parum hoc esset, inquit, ductor Christiani exerci-
tus, & orator inuictus pro Christo causam agens, inscri-
ptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei.
Didicerat enim à uero Dauid, de manibus hostium ex-
torquere gladium, & Goliæ superbiſſimum caput pro-
prio mucrone trunicare. Legérat in Deuteronomio, do-
mini uoce præceptum mulieris captiuæ radendū caput,
superclia, omnes pilos, & ungues corporis amputādos,

& sic

& sic eam habendam coniugio. Deinde post ea uerba,
quæ paulo superius recitauimus: Oseæ, inquit, accepit
uxorem fornicariam Gomer filiam de Balam, id est, dul-
cedinium, & nascitur ei de meretrice filius Israhel, qui uo-
catur semen dei. Esaias nouacula acuta, barbam & crura
radit peccantium. Et Ezechiel in typo fornicantibus: Hieru-
salem tódet cæsariem suā, & quicquid in ea absq; sensu
& uita est, auferetur. Horū me legente, cū ille nihil intel-
ligeret, rogabat quorū ista oia spectarent. Eò, inquā,
ut nullas ethnicas literas fugiamus, sed repurgatas, ad
Christianorū eruditionem transferamus, quod si tu fe-
cisses, non hic marmoreus astares. Quod autem repur-
gatas dixi, non ad scientiam, sed ad opinionem referri
uolet. Nō enim ethnicorum philosophorum errores le-
gere perniciosum est, sed eos ecclesiasticis disputationi-
bus immiscere, non confutandi, sed approbandi gratia,
id uero nequaç; licuerit. Deinde illustrium scriptorum
catalogum texit tum Græcorū, tum Latinorū: & Græ-
corum quidem hoc elogio daudit. Qui omnes in tantū
philosophorum doctrinis atq; scientijs suos resarciant
libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas,
eruditionem seculi, an scientiam scripturarū. Latinorū
ita concludit: De cæteris uel uiuentibus, uel mortuis ta-
ceo, quorum in scriptis & vires manifestæ sunt, & uolum-
tas. Mox callidam imperitorum calumniam excludēs,
addit: Nec statim praua opinione fallaris, contra genti-

O 2 les

les hoc esse licitum, in alijs disputationibus dissimulatum, quia omnes penè omniū libri, exceptis ihs, qui cum Epicureo literas non didicerūt, eruditionis doctrinæq; plenissimi sunt. Mordax quidem illud, quo epistolam claudit, sed planè barbarotum stulticia dignissimū: Cū quæso, inquit, ut suadeas, ne uescentium dentibus edentulus inuidet, & oculos caprearum talpa contemnat. Ostendi & eam præfationem, quam Exodo præposuit in qua adeo non dissimulat, ut etiā nominatim prædictæ artes liberales: Taceo, inquiens, de grammaticis, rhetorib^z, philosophis, geometris, dialecticis, musicis astrologis, medicis, quorum sciētia mortalibus. Quid hic expectas dicturum Hieronymū: Pestifera est, uel utilissima est, inquit. Rogabam ecquid hæc placerent, cum tantum ac talem habeamus autorem, exorire tu nobis, & nescio quod glossema è tuis barbaris autorib^z, contra liberalem eruditionem obiçies: Astrologiā uestra decreta damnant, at Hieronymus approbat disciplinam & propè curiosam, & ad pauca utilem. Quid igitur de rhetorica, de poética sensisse credis: Cōmōstrauit homini eiisdē de uiris illustribus opus. ubi in permultis scriptoribus miratur eloquentiam, prædicat poëtarum philosophorumq; cognitionē, effert literaturā secularem. Quæ si pestifera esset, non tam diligenter eam in autoribus ecclesiasticis uir p̄ijssimus cōmemoraret, in eiusdem opusculi præfatione tantū abest ut improbet, ut etiam aduersus.

aduersus ethnicos & haereticos magnifice factare sit au-
fis, Christianorū in ethnicis literis præstantiā. Discant
ergo, inquit, Celsus Porphyrius Julianus, rabidi aduer-
sus Christum canes, discant sectatores eorū, qui putat
ecclesiam nullos philosophos & eloquentes, nullos ha-
buisse doctores, quanticq; & quales uiri eā fundauerint,
itistruxerint, adornauerint, & desinant fidem nostram
rustica tantū simplicitatis arguere, suamq; imperitiam
potius recognoscant. Non pudet, inquam, te Christia-
num, obijcere Christiano, & quidem laico, quod Hiero-
nymus nō dabitauit, apud hostes gloriari uir ecclesiasti-
cus, iam sanctitatis opinione celebris, postremo mona-
chus, & eremi cultor, præsertim ea tempestate, cū Chri-
stiana adhuc religio cum ethnicis conflictaretur. Si ma-
la est eruditio secularis, nihil Hieronymo stultius, qui
hoc apud aduersarios iactat, quod illi pro summo crimi-
ne poterant retorquere: uerum de compotore meo iam
nūm. Ad cetera properabimus, si prius alterum te-
stem citauerimus: nam nūc decreui cōtentus esse, duo-
bus grauissimis tamē. Aurelius Augustinus, uir sancti-
monia iuxta ac eruditione singularis, tum arcta adeo-
ne dicam, meticulosæ conscientiæ, ut sāpenumero mihi
(bona uenia rati uiri dixerim) abs re trepidare uideatur;
id quod tū ex eius uita tū ex cōfessionū retraktionūq;
libris coniūcere produce est. Is, inquam, talis uir, uticq; lite
naturam secularem, ut uocat, dissuasisset, si aut noxiā,

Q. 3. aut.

aut ociosam, aut suspectam habuisset. Hic in ijs libris, quos de doctrina Christiana inscribit, pponit duo genera doctrinarum: Quæ in gentilibus etiā, inquit, moribus exercentur, id est ethnorum, uel ut isti dicunt, secularium, unum earum, quas instituerunt homines, alterum earū, quas animaduerterunt, aut iam peractas aut diuinitus institutas. Illud, inquit, quod est sequundum constitutiones, partim superstitionis est, partim superstitionis non est. Sed ne omnem disputationem, qua uerbosissima est, repetam, uerbis illius omissis, rei summatam paucis amplectar. Sub hoc ultimo genere, quod superstitionis appellat, maleficia, incantationes, excantationes, sortilegia, aruspicia, auspicia, auguria, necyomantiam, pyromantiam, alphitomantiam, hydromantiam, geomantiam, chiromantiam, & id genus alia comprehendit: haec quia phytonū sunt, & maleficorum, nec sine commercio scelerorum spirituum exercentur, iure Christiano fugienda censuit. Illas quoq; obseruationes, quod plurimum habeat & anxietatis, & uanitatis, huic generi annumerat: qualia sunt uisorum & insomniorū interpretatio, extorū inspectio, uolatus avii, cantusq;, mostrorum, tonitruū, fulgurum, syderum, sortium, sternutamentorum, mustelarum, murium occurrentium, aut stridentium, aut aliquid arrodentium, aurium tinnientium, oculorum salientiū, foliorum crepitantium, nomenum & imaginū, & his similiū nugatum obseruatio.

Sub

Sub altero genere, id est, ab hominibus quidem instituto, minime tamen supersticioso, hæc fere collocat characteres, uocabula rerū, consuetudinē loquendi, leges plebiscita, & si qua id genus sunt alia: hæc enim non modo non reprehendit, uerum etiam Christiani hominis interesse putat, ut hæc quam maxime scire curet. In primo genere, id est, annotatis omnes fere liberales disciplinas collocat logicen, rhetoricen, physicen, arithmeticen, geometriam, astronomiam, musicā, historias deniqz, & antiquitatis cognitionem. At ne de singulis quidē pīgebit, diuī Aurelij sententiam pronunciare, modo ne uos audire pīgeat. De grāmatica quidem dilucidius est, quā mut in eo debeat disputari: porrò quod ad dialecticen attinet, libro de doctrina Christiana secundo, capite (si bene commemorū) uigesimo, de dialecticis rationibus, de ueritate, de falsitate connexionum, de consequenti & inconsequenti, de repugnanti, de definiendo, de partiēdo, uerbose & curiosiuscule suo more disputat. Petitis etiā ēdiuō Paulo cōexionarū formis, sic enim appellat, ut nos si dialecticen ignoremus, docere uoluisse uideatur. Hac disciplinam in ipso disputationis capite his verbis commendat: nam puto me ea ut nuper relecta posse redere. Sed disciplinam, inquit, disputationis ad omnia genera quæstionum, quæ in literis sanctis sunt penetranda & dissoluenda, plurimum ualeat, tatum cauenda est ibi libido rixandi. Pauloqz inferius: Sunt etiam connexiones

nexiones ratiocinatiois, inquit, falsas habētes sentētias,
quæ consequunt̄ errorē illius cū quo agitur: quæ tamen
ad hoc inferuntur à docto & bono homine, ut his eru-
bescens ille, cuius errorem consequunt̄, eundē relinquat
errorem: quia sī in eodē manere uoluerit, necesse est ut
etiam illa quæ damnat, tenere cogatur. Hæc de dialecti-
cis. Pro poetis & rhetoribus, quæ multa dixit, hic con-
sulto prætero, suis ea locis redditurus. Cæteras autē ar-
tes, minutiores quidem illas, attamē acutas, ut Quintus
Fabius oratori, ita Aurelius theologo putat nō medio-
criter cōducere: & quidem de musica hæc ferè sunt quæ
tenemus. Et numerum, inquit, & musicam plerisq; in lo-
cis in scripturis honorabiliter, posita inuenimus. Non
enim audiendi sunt errores gētilium superstitionū, qui
nouem Musas Iouis & Memoriæ filias esse dixerunt.
Deinde, autore Varrone, unde ea sit fabula nata, ape-
rit, subīciēs: Sed siue se ita habeat, quod Varro retulit.
siue non ita, nos tamen ppter superstitionē prophano-
rum, nō debemus musicam fugere, si quid inde utile ad
intelligendas scripturas rapere potuerimus. De ari-
thmetica hoc est disputatiois initū: Et numerorū etiā,
inquit, imperitia, multa facit nō intelligi, trāslate ac my-
stice posita in scripturis. Omnes harum disputationum
ambages, quæcq; de geometria & astronomia, in eundē
ferè modum disputat, parui refert meminisse. Porrò
physicen in primis ad sacrarum literarum cognitionem
necessariam

necessariam arbitratur, quod passim scateat uocabulis, tum animantium, tum herbarum, tum lapidum, quorū omniū nī mōstratrice physica, uim naturāq; teneas, temerarius uideberis, si ea coneris interpretari. Et huius quidem loci hoc est caput. Rerum autem ignorantia fact̄ obscuras figuratas locutiones, cū ignoramus uel animalium, uel lapidum, uel herbarum naturas, aliarū ue rerum, quæ plerūq; in scripturis similitudinis alicuius gratia ponuntur. Cætera idem & apte & erudite prose-quitur. Porro de philosophis quid tandem penes quos beatæ uitæ professio potissimum est, mirum nī istos legendos negabit, qui cum se ueri magistros ut omnium rerum peritos profiteri sint ausi, omniū errorum autores extiterunt, è quorum disciplinis nulla ferè non hæres nata est nobis, quorum cōtortis enthymematibus, quasi quibusdam arietibus Christianæ fidei moenia toutes sunt pulsata, audite & quid de his dicat uir æquissimus. Philosophi autem, inquit, qui uocantur, si qua forte uera, & fidei nostræ accommodata dixerunt, & maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis tanq; iniustis possessoribus ad usum nostrū vindicanda. Et quod sequitur, non iniucundū de Aegyptia suppellectile, utinam uobis uerba ipsa possem annumerare, sed tamē bona cū fide appendam. Legimus, inqt, in Exodo, Hebreos, cum duce Mose ab Aegyptia seruitute furtim fugā molirentur, plurimā omnis generis

P

supellecti

supellecstilem, immensam uim signorum, uestium, ua-
 sorum à suo quenq; vicino cōmodato cepisse: itaç spō-
 liatis Aegyptijs, demigrasse dānculum: quām fugam;
 quod furtum, quia deo autore patratum nouimus, ali-
 quid portendere creditur, scilicet iam tum diuina prouī-
 dentia quorundam trepidationi consulebat, qui fortas-
 se Aegyptum spoliare, hoc est ethnicorum sapientiam
 usurpare timuissent, nisi huius rei tantum imperatore,
 tantum ducem, tantum exemplum habuissent. Migrat
 ex Aegypto, qui relictis superstitionibus prophanis ad
 Christianam religionem sese cōuertit. Aegyptias opes
 tollit, qui litteras ethnicorum ad nostræ fidei decus &
 usum transfert. Si ridebunt barbari interpretem, iure id
 facerent, nisi diui Augustini, non meum interpretamen-
 tum protulisse. Ut enim, inquit, olim Hebræi ea, quæ
 sibi usui fore iudicassent, rapuerunt: relictis ihs, quæ aut
 molesta, aut inutilia, aut pphana existimassent, ita nos
 oportet sua quidem ethnicis uitia relinquere, supersti-
 tiones, libidines, cupiditates, hæc inquam apud domi-
 nos relinquenda. At si quod sapientiæ aurum, si quod
 eloquentiæ argentum, si qua bonarum literarum supel-
 lex penes illos erit, eam omnem cōuasare, & in nostros
 usus accōmodare debemus, nihil furti calumniam ueri-
 ti, quin potius pulcherrimi etiam facinoris & laudem,
 & præmium sperare ausi. Hic rursus ne nodum in scyr-
 po quadrētes cauillari inciperemus, quæ sunt ethnicis p
 pernicioſis

perniciosis relinquenda, quæ pro utilibus transferenda;
 Augustin⁹ de sua partitioe nihil excipit, præter ea quæ
 superstitione nominat. Cæterum à sua illa diuisione nō
 recedens, & hoc suo more, auro atq; argento eas disci-
 plinas sibi uideri signatas scripsit, quæ essent ab ingenii
 his humanis animaduersæ, sicut dialecticen, rhetoricen,
 physicen, historiam, & id genus plura, quod hæc homi-
 nes non ipſi quidem produxissent, sed tanq; aurum &
 argentum de quibusdā quasi metallis diuinæ prouide-
 tiae, quæ ubiq; infusa est, eruissent. Vester autem Aegy-
 ptiorum interpretatur disciplinas à mortalibus quidem
 institutas, sed uestium in morem accommodatas huma-
 næ societati, puta leges loquèdi, plebiscita, decreta pon-
 tificum, quæ quidem omnia, quoniam plurimū habet
 uisus, ab ethnicis quoquo pacto rapiēda censem. Postre-
 mo festiuo exēplo rem & confirmat, & locupletat: Qd'
 inquiens, fecerunt, multi boni nostri fideles. Nōne aspi-
 cimus quanto argento & ueste suffarcinatus exierit de
 Aegypto Cyprianus, doctor suauissimus, & martyr be-
 atissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus?
 Optatus? Hilarius? ut de uiuis taceam, quanto innu-
 merabiles Græci? Quod prior ipse fidelissimus dei fa-
 mulus Moses fecerat, de quo scriptū est, qd' erudit⁹ fue-
 rat in omni sapientia Aegyptiorum. Quibus omnibus
 uiris superstitione gentium consuetudo, & maxime illis
 temporibus, cum Christi récutiens iugum persequeba-

tur Christianos, disciplinas quas utiles habebat, nunquam cōmodaret, si eas in usum colendi unius dei, quo uanus idolorum cultus excinderetur, cōuersum iri suscipi caretur. Haec quidem è pluribus pauca, ut potui breuis-
sime, per strinxisse satis putauit. Cæterum sexcentos cita-
re testes possem, ni & uestris parcerem auribus, & ho-
rum duorum ea esset autoritas, ut tam sacris, tam erudi-
tis uiris nolle accedere, summa sit impietas. Sed ita ab eth-
nicis abstinent barbari, ut ne sacros quidem attingant.
aut si tangunt, contaminent. Imò quod indignius est
iam Hieronymū nō in theologorū numero, sed orato-
rum ponunt, atq; è suo sacro sancto senatu depulsum,
grāmaticis annumerant ipsi, nefcio quorum confusissi-
mis collectaneis, ac summulis infenescunt, nihil eruditū
existimantes, nisi quod idem sit barbarum. Et cum tan-
tos duces utcunq; sequamur, ueniant & apostolicū no-
bis illud cantitent, non altum sapientes, scientia inflat.
Si theologi uideri cupiunt, quin illud potius proferūt:
Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colū-
bae, non sicut asini, cardi, inertes, ignauit. Cur non illud:
Malitia paruuli estote, sensibus autē perfecti. Cur non
illud: Sapientia uincit malitiam, & sapientiā stulti de-
spiciunt. Cur non illud Davidicū adferunt: Bonitatē,
& disciplinam, & scientiam doce me domine. Cur non
illud ecclesiastici sapientis: Sapientiam omniū antiquo-
rum exquireret sapiens, & in prophetis uacabit. Narratio-
nem.

nem uitorum nominatorū conseruabit, & in uerbi uias parabolarū introibit. Occulta prouerbiorū exquireret, & in absconditis parabolarum conuersabitur. In medio magnatum ministrabit, & in conspectu præsidis apparet. In terram alienigenarū pertransibit, bona & mala in omnibus tentabit. In eo libro qui dubio autore Sapientiae inscribitur, quāta laus eruditionis, ut quod gravissime à Platone scriptum est, sapientiā incredibili esse specie, quæ si oculis uideri queat, admirabiles sui sit exactatura amores: hic quisquis fuit scriptor non infacundus, sapientiæ quasi quandam effigiem expressissime uideab, quo nos ad illius amore accenderet. At negauerit quispiam hic secularē laudari sapientiam, uerum aliam quādam cœlestem ac diuinā, imò certe eam, quæ sit nostri temporis philosophiæ pars difficultima, quæ omniū rerū tum diuinarum, tum humanarū cognitionem copulat. Mentior, nisi id ipsa uerba sonant: Deus, inquit, dedit mihi horum quæ sunt scientiam, ut sciām dispositiōnem orbis terrarum, & uirtutem elementorū, initium & consummationē, & medietatem temporum, & eorum mutationes, diuisiones temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarū, uim uentorū, & cogitationes hominū, differentias uirgultorum, & uirtutes radicum, & quæcunq; sunt abscita & improuisa, didici. His sanè uerbis describi mihi uidetur, non perturbata quædā, & ieiuna eruditio, sed potius

lita & copiosa, & quæ præter omniū disciplinarū scientiā plurima sit antiquitate condita. Capite in sequenti multo significantius exprimit, uirtutem cum eruditione liberali coiunctam, uocari sapientiā. Et iusticiā, inquit, qui plus diligit, labores huius magnas habent uirtutes, sobrietatē enim & sapientiā docet, & iusticiam, & uirtutem, qbus utilius nihil est in uita hominibus. Et si multi tudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris aestimat, scit uersutias sermonum, & dissolutiones argumentorū, signa & monstra scit anteçp fiant, & euenter temporum, & seculorū. Sed hac in re tam clara, pro ipsa quidem nūmio plus satis, pro istorū pertinacia patrum: quançq; quid frustra rem infinitam persequar, cū ex unoquoq; autore permulta loca depromi possint? Nec inficias iuero tamen, eosdem ipsos nōnullis in locis perinde differere, ac si à seculari doctrina nos contentur dehortari, & ita rhetorica contentionē incandescant contra curiosam, superbam, uentosam, obstinatam eruditōnem, ut non in abutentiū uitium, sed in rem ipsam inuehi videantur. At non uenit in mentem istis, ea ipsa quæ cōtra doctrinā disputata uident̄, non à doctissimis modo uiris, uerū etiam doctissime disputata esse. Quonā igitur ore à literis secularibus dehortent̄, cum ipsis in ea dehortatione secularem literaturā exhibeant, ut interī nobis ius fiat hoc uerbo utendi: sed uitij: nostris libenter blandimur. Dic mihi tu marmorea statua & fru

& fruges consumere nate, ita ne credis summis illis uiris,
 & in omni literarum genere consumatissimis, cordi fuis-
 se, ut tuam illam supinam oscitationem atque ignauiam
 praedicarentur. Dicitur est recte, nempe ad deterrendos
 curiosos ab nimio, ab inani studio, ab intempestiuo di-
 citum est ad compescendā arrogantiam: dictum est for-
 tassis ad consolandam simplicitatē columbinam, non ad
 souendam stoliditatem asinianam. Quid tu gestis? quid
 triūphas inepte? quod alio torqueas ac dicitur? Audisti no-
 tarū peritiam impiam? quid tu tibi plaudis, quasi pietas
 sit imperitia? Si deus reprobat, ac perdit prudentiam
 huius seculi, stulticiam seculi amabit scilicet? Nihil pro-
 fecto minus, immo peius oderit. Damnatur is, qui do-
 cetus ignorantum fastidit: tu tibi places, quod doctos igna-
 rus contemnas ac iudices. Ille reprobus habetur, quod
 virtutis negligentior abutatur scientia: te ipsisdem uitijis
 ornatum, & fortasse pluribus, una absoluet infacia. Hic
 accusatur, quod omissis euangelijs, plurimus sit in euob-
 uendo Aristotele: tu culpa uacas, qui ne euangelia qui-
 dem intelligis, immo adeo nec legis? Ille sciens uolunta-
 tem domini, plagiis uapulabit multis, tu neque faciens,
 neque scire curans, num paucis uapulabis? Ille sedulita-
 te quadam modū officij egressus, castigatur, tu tua non
 contentus inertia, & aliorum industriā impediens, lau-
 daberis? Sed ut aliquando meae loquacitatis modum
 faciam, & stomachum effervescentem cohibeam, nunquam
 ista

ista nobis obijcerent imperiti, si relicta oscitatione sua
sacris literis legendis inuigilarent. Hic cum Battus bre-
ui interiecto silentio, nos familiarius esset intuitus: Bo-
ne deus, inquit, iam propè exciderat, apud quos dicerē,
ita nescio quo furore correptus in præsentes hostes mi-
hi uisus sum debacchari. Evidem tam disertarum au-
rium patientiam admiror, quæ me puerili more tot uer-
ba fundentem, tam diu ferre queant. ERASMVS. At
ego iam dudum, inquam, admiror tecum, quanquā
orationem currentem interpellare nolui, qui tot uerbi
è tot ecclesiasticis autoribus, tam apte, tam ad uerbum
reddere ualueris, quod quidem à sumo theologo tam
scite fieri posse uix crediderim. Desino enim iam mirari
quod Medicus dudum, te hominem Musis penitus de-
uotum, theologum libros euoluisse, tantum memoria
cōplecti potuisse mirandum uidetur. GUILHELMVS.
Et nos, inquit Guilhelm⁹, nescio quo tua disputatio im-
petu abripuerat suo: itaq; propera quæso, ac periculum
facito, utrum nos prius dicendo, an nos te audiendo su-
peremus. BATTVS. Tum Battus mihi artidens: Nō
frustra, inquit, tuum calamū metui, iam enim mihi sub-
olet, quid animo destines. Nugas nostras uis prædere,
& de uerisimili laboras, uereris enim, ne ubi hūc nostrū
sermonem litteris mandaris (sentio enim te id uelle)
existat aliquis, qui te dialogum Platonico aut Cicero-
niano more finxisse putans, neque decorū, neque pro-
babile

habile satis obseruasse calumnietur, qui me & adolescen-
 tiorem: & poëtam, tantum ecclesiasticarū literarum me-
 moniter redditentem feceris. Sed nihil est quod mireris, si
 homo non prodigiosa quidem, sed tamen haud mali-
 gna præditus memoria, quæ legi tanto intèius, quanto
 irritior, quæ decerpsti, quæ toties contra barbaros de-
 prompsi, pauca potuerim memoria cōplete. Age iam
 ad certamē, ad quod me prouocauit Guilhelmus, accin-
 gamur. Quoniam aduersarios, inquit, primū rationi-
 bus, deinde testibus reuicimus, unicum illis profugium
 superest, exempla quorūdā probatioris uitæ, quos aut
 extra eruditionem doctos habitos, aut uirtutis studio li-
 teras contemptissime obijciunt, à quo illos præsidio si eiece-
 rimus, reliquum est, ut aut in deditiōnem ueniant, aut
 certe fuga turpissima uictos se profiteantur. Age, accin-
 gamur certaminis huius reliquias profligare. Videntis,
 inquiunt, fidem Christianam non à phylicis, non à dia-
 lecticis, non à poëtis, non à rhetoricis autoribus ortam,
 sed à rusticis hominibus, indoctis, rudibus, deniq; písca-
 toribus, non è Platonica Academia, nō porticibus Stoi-
 corum, non è scholis Peripateticorum apostolos uoca-
 tos nouimus, sed à nauī & rete; necq; Christus ludos rhe-
 torices aut dialectices aperuit, sed tantum uiuendi præ-
 cepta trādidit. O sacrilegam impudentiam, audēt rusti-
 cos dicere apostolos, quo suam rusticitatē tueātur, di-
 gni uero, quos ut pie sibi deditos amēt apostoli. Adeo
 Q nihil

nihil istorum refert, unde inertiae suae patrocinium sint natū-
rā, uel cum sacri ordinis iniuria. Dic mihi os pestilēs, &
ferro inurendum, rusticos aīs fuisse apostolos? Aio, in-
quit, alioqui in quo tandem ludo didicerūt, qui repente
sunt à piscatione ad apostolatū missi? num à gubernan-
culo scalmi protinus ad gubernacula mūdi euecti sunt?
Quorsum igitur pertinuit, nō Platonem aut Chrysip-
pum, aut alium philosophum aliquem, sed ipsum phi-
losophiæ parentem tantū temporis sectari praeceptorē
audire disputātem: uidere monstra gerentem, cōuiuere
affidue, affidue colloquiri. Ea philosophiæ uim esse scri-
psit Seneca, ut nō sibi studentes modo, uerū etiam con-
uersantes iuuet. Ut qui, inquit, in solem uenit, licet non
in hoc uenerit, colorabitur. Qui in unguētaria taberna
resedetunt, & paulo diutius sunt cōmorati, odorem loci
secū ferūt. At apostoli cum ipso scientiæ fonte tam diu
cōmorati, tam familiariter, tam auide uersati, inscij a que
ac rustici permanescere neq; tam sedula tanti praeceptoris
opera quicq; confectum est: Lusit operam, qui bouem
duxit ad ceroma. Ut surrexerat, quadraginta dies in
terris morat⁹, subinde discipulis suis apparuit, monuit,
docuit, parum erat hoc quoq;. Ipse in ccelum relatus, pa-
racletum dimittit, qui nihil illos iam nescire pateret. Et
audēt post hæc omnia homunciones rusticitatēm obij-
cere apostolis, obijcere quod pilcando quæstū fecerint:
Cur non eadem opera hamiotas illos & conchitas, ac
fures

fures maritimos appellant? Quandoquidem apostolis
conuiciari liber, rusticus est Paulus? Vnus est, inquiunt,
qui liberalē literaturā apostolatui intulerit: at hic unus
inter ceteros præminet, qua re, nisi doctrina? nā pietate
pares arbitror fuisse. Vnus hic uas electionis est appell/
latus, cur ita præter ceteros? Nempe quod hic in primis
ut homo tum doctus, tū disertus, uisus est idoneus, qui ph/
ilosophorum supercilium ferret, qui Rhomanā eloquē/
siam sub Christi ditionem redigeret. Rusticus est Ioan/
nes? Et unde illa uox sublimis, In principio erat uerbum,
& uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. An ru/
sticus est Petrus? Illius certe epistola, & si imperitiae fer/
mone, non tamē scientia. Jacobus rusticus fuit? Falsa igi/
tur huic illa tribuitur epistola, quæ uidetur nō modo sa/
pientis, uerū etiam diserti. Sed singamus rusticos fuisse
apostolos. Ita ne nihil in apostolorum moribus imita/
tione dignum isti uidere potuerunt, præter unam rusti/
citatem? Non enim me iam contineo, quin id quod sen/
tio proferam: ita risus mihi ingens oboritur, quoties ho/
rum qui nobis apostolicam, impolitiem objiciunt, perdi/
tissima uita in mente uenit. Quis enim ferat Aesopum
sibi de frugalitate præcipientem? Sardanapalum de se/
ueritate disputationē? Quod si Stomachius paulo morda/
cius erūpet, existimate me nō in homines, sed in rē ma/
le dicere: quanç̄ autore Plauto, quod dignis maledici-

Q 2 tur,

tur, benedicitur. Qui nobis apostolorum rusticitatē obgannire non desinunt, si virtutes tenerent apostolicas, ferri utcunq; poterant:at nunc pudet me quotundā corruptissimam uitam cogitatione contueri. Qui cum ecclesiasticis sacris sint iniciati, ecclesiasticis stypibus alatur: adde senes, cani, rugosi, quidam etiam cuculati, cum Sardanapalo ipso certamē sumpsisse uidentur. Me hominem adolescentem, prophanicum, ciuilibus addictum, negotijs, & literas ipsas prophanas profitentem, in iūs uocant, nephandi criminis reum agunt, quod antiquos philosophos, quod priscas historias, quod poētarum & oratorum scripta libenter lectitem. Ipsi cum iussi sint in lege domini, in sanctis literis diu noctuq; uersari, ab omni se prorsus studio cohibēt, religioso quodā metu, opinor, adducti, ne si libros tractare coeperint, in ethnium aliquem autorem imprudentes incident. At ita deum apostolos se imitari credant, si usq; adeo sint literarum ignari, ut ne ipsas quidē preces, quas cottidie remurmurant, intelligere possint. Dic mihi stultissime imitator, sic nobis apostolos refers? Ais rusticos & imperitos suisse apostolos? Esto sanè, donemus istud tibi, habes quod glorieris: uicisti rusticitate pescatores, non induimus tibi gloriam istam cum agricolis cōmunem, uerum ubi simplicitas apostolica: ubi mores? Num quando uenatos legisti apostolos? nū isto ornatū usos acceptasti? num pellacarum gregem domi aluerūt apostoli?

num

num tantum opum in unum barathrum demergebant
 apostoli? Tu si superis placet; apostolos imitandi stu-
 dio sumptibus ecclasticis ædes regales in cœlū erigis;
 Nitet amplissima in domo, supellex Attalica, ministris
 militaribus omnia perstrepunt, coenæ Persico instruui-
 tur apparatu, uideas illic agi Sybaritica conuiuia, & qui-
 dem assidue, uincitur audacia perdendæ rei Cleopatra,
 uincitur Aesopus cum filio haud quaç degenerè Fasti
 diuntur illic acipenseræ, non sapiunt murenæ nauicam
 mouēt attragenes. Noctes diesq; estur, bibitur, luditur,
 saltatur, subatur, & cum uino immodico bulbutre coe-
 perint, uidetur, opinor, sibi in cultum sermonē apostolos
 sum imitari. Cum his factis, quorum uel Neronem pu-
 deat, audent nobis apostolos imitandos proponere.
 Nuper cum in Flandria legationem uestro nomine obi-
 tem, incidi in huiusmodi portenti conuiuium, ibi inter
 pocula, ut sit cum hospitalitatē nobis suam iactitaret,
 ut festiuiore fabulatione conuiuium exhilararem, Tan-
 tali & Lycaonis, & his similes nonnullas fabellas com-
 memorauit, rogabat me, ubi nam illa legerentur, aio in
 poëtis orauit protinus, ne illos ethnicos ad suam men-
 sam nominarem, ne foedis nominibus sanctum conui-
 uium prophanaretur. Gessi morem conuiuatori meo;
 aderat theologus quidam, homo adolescēs, sed plane
 doctus, nec ita ut hodie theologorum est uulgus, quo-
 rum pleriq; præter sophismata nihil didicerunt, uerum

Q 3. ita,

ita ut non minus rhetor esset quam theologus. Cum
hoc mihi (assidebat enim proxime) de scriptorum eccl^{esiasticorum}
eloquentia sermo incidit, dicebamus Aurelium Augustinū acutē quidē, sed subobscurē ac perplexē,
& suo quodam more dicere, & huic tamen esse suam
gratiā, ob schemata quæ frequenter affectaret. Hieronymi uehementē esse dictionem, uariā, uafrām, actēm,
locupletēm. Lactantium Firmianum Ciceroniana faciliitate fluere, nec à declamatoria illa palaestra, in qua fuerat
multos annos uersatus, abhorre. Ambrosij stilum
plus obscuritatis, minus habere acuminis, delectare tamen
allusionum aculeis. Bernardi orationem facetam,
nec incultam, ecclesiasticam tamen. Hilarij uero parum
copiosam, uerum cultiorem, præterea floridam. Bedæ
æqualem ac somniculosam, doctam tamen, ut eo saniè
seculo. Gregorij modulatā ac numerosam magis quam
succulentam, quod identidem eadem repetere cogitur,
ut expleat sermonis periodum. Recentiores theologos,
ne loqui quidem, adeoq; non illustrare ueritatem ora-
tionis adminiculis, ut quæ per se præclara sunt, infantia
sua dehonestent. Hæc & alia quædam cum nugaremur,
tisit nos homo feuer? ille, & curiosus appellauit, qui res
ociosas & ad nihil utiles curaremus. Intellecta hominis
improbitate, putauit malo nodo malum esse querendū
cuneum: ac de industria quidem eum sermonem insieci,
in quo illum sciebam ut plurimum valere, de uinorum
generibus,

generibus, de arte coquinaria, de uenaticis epulis. Ibi ille tanquam in re magna erectus, magno silentio, magna autoritate diu disputauit acute, copiose, polite. Plato nem ipsum dixisse: sexcenta uinorum genera memoriter reddebat, præterea precia, qualitates, differentias, patrias naturas, sc̄p ista non è physicorum literis, sed sapiente illo suo palato didicisse gloriabatur. Pliniū (illum enim citabam) delirare dicebat, qui tāta in re alienis potius literis, quam suo palato fidem habuisse. Nam uero de epulis coquendis, cōdiendis, si disputantem audisses, quem tu non ibi coquum, quem nō Catium, quem non Philoxenum, quem non Apitium, quem nō Platynam contemneres: hæc nimirum sunt artes tetricæ, & graui sacerdote dignæ: has didicerunt ipsi, nobis sc̄p tradiderunt apostoli, nō syllogismorum laqueos nec tere, non Ciceronem, non Vergilium evoluere, non aliorum ingenia dictionemue taxare. Hæc non in poëtarum fabulis, sed in sacris literis discuntur, scilicet ferendum hoc quoq; si non inter epulas, senes, sola libidine fortis, antiqua sua facinora iactarent inuicem, & quod facere per etatem nequeunt, secisse se turpiter gloriarentur. Hi sunt quorum aures poetarū fabulas religiose refugiunt, qui nos ad apostolicos mores prouocant: horum perditam rusticitatem, & simplicitatem fraudulentam, diuus Hieronymus quodam in loco scite notat. Venerationi, inquit semper mihi fuit, non uerbosa rusticitas, sed sancta simplicitas.

plictas. Qui in sermone se imitari dicit apostolos, prius
 imitetur virtutes in vita illorum. In loquendo simplici-
 tate excusabit sanctimoniam magnitudo: & syllogismos
 Aristotelis, contortaçp Chrysippi acumina resurgens
 mortuus cōfutabit. Ceterum ridiculum, si quis ē nobis
 manens inter Croesi opes, & Sardanapali delicias, de sa-
 la rusticitate se iactet, quasi omnes latrones, & diuerso-
 rum criminum rei deserti sint, & cruentos gladios philo-
 sophorum uoluminibus, & non arborum truncis occu-
 lant. Hæc per digressum tangere uolui, quo intelligat,
 qui apostolorū imperitiā nobis ingerūt, eos nō id apo-
 stolos æmulandi studio facere, sed ut sunt superbi, sūt
 rusticitatis patrociniū ab apostolis petere. Alioquin si
 id recte sit, quod mukorū fit exemplo, quot & quantos
 habemus quos imitemur. A Mose repetamus: quid eo
 imperatore sanctius, & hic omnem disciplinam Aegy-
 ptiorum à puero doctus legitur: non huic fraudi fuit,
 secularis, ut uocant, eruditio, quo minus ē mortalium ge-
 nere unus, in domini familiaritatē ascisci meruerit. Da-
 nielle quid castius? & hic Chaldæis disciplinis non recu-
 sauit institui. Docto patre, doctiorem Solomonem ac-
 cepimus. Et Job, & omnes propè prophetas, nō illitera-
 tos fuisse, cum Hieronymi Augustiniçp testimonio cō-
 stat, tum ipsa scriptorum monumenta declarant. At ne
 cauillentur, id cum lege Mosaica desississe fas esse. Pau-
 lum apostolum eis proponam. Pauli discipulum Dio-
 nylium

nysum: quorū uterq; quāta doctrina, quantaq; fuerit eloquentia, ipsi sibi sunt testes. Quadratus apostolorū auditor eruditionem in primis admirandam illis præceptoribus non dedidicit, qui cum esset Atheniēsis antistes ecclesiæ, Adriano imperatori librū porrexisse traditur, tantæ eruditionis, ut acerrimā in Christianos persecutionē suo ingenio sedauerit. Fecit idem huius æqualis, Aristides philosophus grauissimus, & idem sumus orator. Iustinus etiā habitu philosophus, in disciplinis liberalibus artifex præcipius, ad Christi tutandā religionem, non modo eruditissimū uertit ingenium, uerum etiam animā impendit. Clemens præceptor Origenis, Alexadrinæ ecclesiæ presbyter, uir omniū longe doctissimus, idq; iudice uiro omniū longe doctissimo Hieronymo, ad sacræ religionis defensionē, quæ tum negotiū exhibetibus ethniciis, in sumo discrimine uersabat, non patum adiumenti cōtulit tum eloquētia, tum libris eruditionis plenis. Sed planè harenas metiar, si hic tēdam omnē eruditōrū catalogū reuoluere. Bis mille recensere possem, quorū insiguis eruditio (nisi fidei laborati succurisset, neq; tam amplam, neq; ita confirmatā, fortasse & nullā haberemus, & postea trepidat isti discere disciplinas humanas, quasi desint quorū exēplo id faciant. Deflectat paulisper obtutū ab exēplis domesticis, euoluant ueterū Chronicas, euoluat eos qui de scriptoribus scripsierūt illustribus, inuenient Origenē, Gregoriū Nanzanenū,

R

zanzenū,

Zanzenū, Didymū, Ioānēn Chrysostomū: & ut ad Latinos ueniam, Lactantiū, Hilariū, Seuerū, ad sūmam omes propè ad unum, qui in defensanda fide, ac tractā dis mysterijs scripturarū operā nauarūt, scholaisticis suis disciplinis instructissimos: quorū oīm ethnica eruditioē, imo & Christianā effert, miratur Hieronymus tne nos contemnamus: at nos qua sumus religione, nihil cōstūis politū eruditioē mouere potest, nisi sit idē piū. At Origenes hæreseos notam non effugit, habet quod causificantur. Age, ne huius quidem generis deerunt exempla. Hilarius in diuorum numerum relatus est, hunc nobis proponamus. Cyprianus etiam martyrio, nec minus literatura seculari clarus, huic sequamur. Ambrosio quid sanctius: hūc æmulemur. Hieronymo, uel Augustino quid uel magis pium, uel literatius: horum similes esse curemus. Quantum in his omnibus compositionis, linguarum, philosophiæ, historiarum, antiquitatis, Latinitatis, Gracianitatis, autorum quāta peritia: & hæc quidem ethnica adhuc. Conferamus quæso cum his uiris uel scholaisticos, uel theologos nostri téporis: videbimus utroq; genere adeo inferiores, ut umbras dicas, non homines: & in tanta grauissimorum hominum multitudine soli apostoli nobis in mentem uenient, quos ita demum imitari nos credimus, si indocti simus. A moribus uero apostolicis tam absimus, quam nobis India. Quod si nos apostolorū rusticitatē imitandi

tandit at opere studium habet, miror cur non etiam p̄scari incipiamus. Sed extra iocum, Ambrosium imitari metus est: Hieronymū imitari religio est: Isti, inquiūt, nondū Christiani, & pueri adhuc, literis illis sunt imbūti. At Hieronymus parētibus Christianis natus, à puer Christianus, se tamē inter grammaticos & rhetores educatū fatetur, imò gloriatur. Verū quid istud refert, cum ijs quæ ante baptismū didicerūt, non modo Christiani, uerū & episcopi, & senes sint usi. Cur om̄es libros suos ethnicis literis resperserūt: cur ut recte factū defendunt? Si taciti fecissent, ignoscendū potius quam imitandū uideri potuisset: nunc & recte, & optimi cuiuscq; exemplo fecisse se testantur. Augustinus ipse, iam non ethnicus, de singulis artibus liberalibus singula uolumina scripsit. At scripsit, inquiūt, catechumenus, non Christianus. Cōmode uero admones. Tum igitur ne cogitandū quidem de studijs ethnicis erat, cum nouus tyro ad Christianā religionē exercebatur. Sed esto sanè, pecuauerit, errauerit, ignorauerit, cur iā sanior & senior hūc errorem non reprehēdit? Cur autē cōsulto etiam à se factum fatetur, ut his tanq; uestigij ad summā ueritatis cognitionē gradati accederet? Has em̄ disciplinas scintillas quas dā ait esse ab immortalī illa luce promicātes, quarum indicio ad fontem illum perueniatur. Et quanto religiosius ille quam nos, qui animis rudibus, repente ad diuinitatis arcana nō ingredimur, sed irrūpimus.

R.

non ascē

non ascendimus, sed iuolamus: & tanquā gigantes ex
structis in cœlum molibus, inuitio Ioue arcem illius occu-
pare conamur, eoque ille quia gradatim ascendit rece-
ptus est, nos repellimur, deficimur, præcipitamur. Beda
monachus, uir Anglus quidē, aut certe Scorus, sed & ui-
tae probitate, & doctrinæ nō cōtemnendæ, adeo schola-
sticas disciplinas nō cōtempsit, ut de schematis grāmati-
cis, & carminibus condēdis scribere non piguerit. Post
hos quidē nitor politiesq; theologiæ sensim in deterius
degenerauit, & nō parū rubiginis coepit cōtrahere. Nō
defuerūt aliquot secula docti, uerū ut rariores, ita inferi-
ores. Laboriosorū nūc nō fuit copia. Thomas Aquinas
scriptor nobilissimus, in Aristotelē ethnicū philosophū
cōmētarios ædidit, atq; adeo in ipsis theologicis quæsti-
onibus, ubi de sūmo principio, de trinitate disputat, Ci-
ceronis ac poëtarū testimonia profert. Scotus tamē
à Musis prorsus alienus fuisse uidet, scholasticus tamē
est, ac ne in medijs quidem mysterijs, & arcanis theolo-
giæ, philosophorū suorum obliuisci potest. Et quid
attinet uel recentiores, uel uiuos cōmemorare, quotū lu-
cet sit inferior multo eruditio, is tamen inter ipsos vide-
tur præstatiſſimus, qui secularibus doctrinis instructis
simus fuerit. Hæc sūma est, multis quidē sūmis uiris nō
contigit eruditio fecularis: at cui contigit, nemo non est
uifus, nemo ueritus est Christianorū templum ethnicis
opibus exornare. Hic contente paulisper Battō, consul
interloquēs

interloquēs: Per deum, inquit, immortale, quid si & ego
 ē consule philosophus siā: & Battus: Vtere, inquit, per-
 misso. Subiçit consul: longis tū quidē ambagibus circū
 actus mihi uideris, callido opinor cōsilio, ut apostolicæ
 interim simplicitatis obliuio nobis obreperet. Verum
 quod in hac re præcipiuū erat, præteritū non oportuit.
 Demus satiè cōplures pios uiros literatura pphana cū
 laude usos, attamē haud temere (ut reor) apostolos ru-
 des, & nullis instructos literis, nostræ religionis & auto-
 res, & duces, & principes nacti sumus, quos tu me uetas
 imitari. Ego uero sūma laudis & primæ iudico, primos
 ac sūmos æmulari. Subridens Battus: Quantus, inquit,
 apostolorū imitator hac mihi obiçit. Egón' apostolos
 imitari te ueto: Imò iubeo, at ita, ut moribus aposto-
 los exprimas, eruditione Hieronymū: nunc apostolicā
 ruditatem imitans omnes, uitam nemo. Primæ laudis
 aīs esse, summos æmulari: nihil pugno, sed tu perperam
 facis. qui ē primis & summis uiris, id quod est extremū
 & infimū, tibi pponas. Diligens imitator qui sit, nō so-
 lum q̄ accuratissimū sibi deliget exéplar, uerum in eo-
 ipso quod optimū putauerit, excerpit, quædā præteri-
 bit, quædā reprehendet, summa modo conabit̄ imita-
 ri, primus est Petrus, primus Hieronym⁹, hic doctorū,
 ille apostolorū. In Petro sūmus erat ardor fidei, in Hie-
 ronymo summa doctrina, alterius animū, alterius stu-
 dia imitare. At tu mauis apostolorū quām doctorum

R 3

ordinē

ordinētib i pponi: ppono & quidem ē primo ordīne
præcipuos, Petrū & Paulū. Paulus omniū literatū ge-
nere refertissimus erat. Petrus autoritate superior à Pau-
lo reprehensus, sc̄iētiori & credidit, & paruit. Imitamur
hos, sed planè præpostere. Indocti literatos ultro repre-
hendimus, quādo parū est quod parere recusamus. At
non temere curatū est, ut Christiana religio à rudibus
autoribus initiū caperet. Istud quidē recte, ne sc̄ilicet tā-
ti facti gloria penes humanā esset industriā, sed omnis
diuinæ uirtutū tribueretur. Ea res illi quidē tempori erat
apta, uerū quid ad nos: hic dies aliam uitam, alios mo-
res postulat. Nō percalluerūt seculares disciplinas apo-
stoli, at nūquid reprehenderūt? Num quādo literatos
à suo cōtubernio exclusisse leguntur? Rudes erant lite-
ratum apostoli, quid istud ad te, qui ipsas profiteris li-
teras? Neq; em de apostolis, sed de ludimagistris agi-
mus: quanq; quis Christianæ pietatis amator ferat ab
istis nebulonibus toties insimulari uiros cœlestes, & no-
stræ salutis autores? Age nunc si placet, eorū rusticitatē
cū nostra eruditione cōponamus. Nempe illos lingua-
rum species omnes calluisse legimus, nos unica uix bal-
butimus. Illi tantū ualuerunt dicēdo, ut tyrannos, ut po-
pulos immanes, & barbaros permouerent, nos pecudi-
bus ip̄s ferē mutiores. Illi testamēti utriusq; mysteria
memoriter tenuere. Nos uix prima literarum elementā
pcepimus, & audemus postea homines, ipsa ruditate
rudio

rudiōres, imperitos fuisse apostolos dicere. CONSVL.
 Tum consul: At tu, inquit, Batte, in ista disputatione ue-
 hemēti magis q̄ apta, bis mihi peccare uideris: nam &
 de prophana literatura instituta erat disputatio, nō di-
 uina, quā apostolos accepisse constat, & eam ipsam nō
 humano studio, sed cœlesti munere sunt consequuti.
 BATTVS. Profecto tu istorum mentē pulchre tenes
 istud enim ipsum ineptus aliq̄s theologus fuerat respō-
 surus. Huc em̄ confugiūt, quoties eis Hieronymiana fa-
 cundia, Augustini eruditio, & tñterū literæ obijciuntur.
 Iстis em̄, inquiūt, cœlestis spiritus ministravit. Evidem
 admirari soleo in hoībus, qui sibi perq̄ acuti uidentur,
 quippe dialectici, tam hebes ingenii, nisi forte perperā
 ista faciūt. Quid enim ista tandem oratione sibi uolunt?
 An nullā nobis expetendā scientiā, nisi quæ cœlitus in-
 fundat? frustra igitur nocturnis, diurnisq̄ studijs ma-
 ceramur. Quorsum autē attinent ludi literarj, & quidē
 publici? quorsum tot sumptuosæ bybliothecae? Quid
 meliores annos, atq; adeo totos, insanis lucubrationib⁹
 cōsumimus? quid frustra pallemus, frustra librī insen-
 scimus? Resipiscamus uel sero, & moniti meliora sequa-
 mur. Missos faciamus inutiles labores: cōpendiariā uiā
 astutū hoc gen⁹ hominū indicat. Nos cutē curemus, ac
 uini somniq; benigni (ut ait Flaccus) cœlitus expectem⁹
 donec oscitātibus nobis, spūs elabat æthere⁹, ac deinde
 pindē ac fonte Aonio poti repete theologi p̄siliamus,
 nisi

ANTIBARBARORVM LIBER PRIMVS.

nisi malumus expectare, dum Pauli more, uel in paradisum, uel in tertium usque cœlum rapiamur, audituri quæ nephas sit hominem homini prodere. Sed statuamus oportet, utrū semel nobis omnia infundi iubeamus: an quoties usus erit, toties præsto spiritum fieri malimus. Evidē posterius hoc longe cōmodius esse cēleo, nam si semel infundat, noster erit labor meminisse. Quare ut memoriam ea sarcina leuemus, satius erit cœlesti spiritui omnia permittere, ille modo præsto fiat, uocatus & inuocatus res postulabit, quantū satis nō amplius suggesterat. Scribēdus erit liber, aduolet, & nobis securis calamū regat. Habenda erit oratio, tum uero in colubæ figura ad aurē affideat, linguā ipse tēperet, nos modo hincere meminerimus, ut cū psalmographo rege canere liceat: Os meū aperui, & attraxi spiritū. Erūt fortasse, quibus hac acerbius dicta uidebunt. Quid autē acerbum in homines tam arrogātes dici potest, qui cōtemptis aliorū egrediūs laboribus, ipsi quod nihil sciant, cœlitus tamē docti uideri uolunt. Ne ego quidē homo poëticus auderem istos deos laceſſere, ni diuus ipse Augustinus in præfatione in libros de Christiana doctrina, istorū amentiā multis ſalibus prior eluſiſſet. Quò, inquit, error iste datum euafiſſet, si semel animos hominum occupaſſet? Nemo à scientiori ſe doceri paſſus fuifſet. Nullus ad ecclesiasticā concionē preperaſſet, nec quisque euangeliū pronuncianti præbuſſet aurem. Hac enim ocioſa fuerant futura

futura, si cœlitus eruditio[n]e expectandā putassent. Ad-
dit ibidē uulgo iactatā fuisse fabulā, de nescio quo, cui
citra humana[rum] operam literarū peritia cōtigerit, quā ille
quidē non magnopere confutat, parui tamē ducit: pro-
pterea quod etiā si maxime uera fuisset, non cuius idē
sperandū esset. Nec putat illius unius felicitatē nos ab
industria debere auocare: nam quod cōmode possis ab
homine doceri, id è cœlesti afflatu præstolari hominis
est aut stulti, aut quod foedius, arrogantis. **C O N S V L.**
Tum Consul: libet scholastico more tecum obiectatiū
culis argutari. Quid igitur sibi uult, quod ipse suos disci-
pulos sollicitos esse uetat, quid coram regibus atq[ue] præ-
sidibus essent dicturi: Dabitur em̄, inquit, uobis in illa
hora, quid loquamini: neq[ue] enim uos estis qui loquimi-
ni, sed spiritus patris uestrī, qui loquitur in uobis: quid
quod Petrus spiritu sancto instructos loqui dei homi-
nes scripsit? Quid illud Iacobi; qui indiget sapiētia, po-
stulet à deo, qui dat om̄ibus abundāter, & non impro-
perat. Hæc (nisi fallor) longe aliud quām tua oratio, so-
nare uidentur. **B A T T V S.** Recte tu quidem admones,
& in tēpore, uerū ista perfacile dissolui poterunt. Cedo,
num tibi Christus istiſ uerbis, quæ modo recitasti, disci-
pulos deterruisse uidet, ne apud principes dicturi, quid
essent dicturi cogitarent, quod nemo nisi phreneticus
non fecit, cum Christus ipse quatenus homo erat, nō si-
ne p[re]meditatione sit locutus? Nō igitur apostolis, quod

S prudentis

prudentis hominis propriū uidetur, sed metum adim-
re studuit, ne quid homines cōtempti, & imperiti apud
principes & doctos, & facūdos dicere trepidarēt, apud
quos summi & exercitatissimi oratores solent exalbesce-
re, se enim non deserturū patronos suos, ipsi modo ma-
gno animo essent. Ergo non īindustria & uigilantia in-
terdicere, sed animū addere uoluit. Imò ausim dicere,
cum reliquos apostolos, tum uero Paulum, meditata,
& fortassis scripta oratione nonnunq̄ dixisse, id quod
ex eius defensionibus, quæ sunt in Actibus apostolorū
haud obscure licet coniūcere: tum neq̄ Petri, neq̄ Iaco-
bi, néque Ioannis huiusmodi sunt epistolæ, ut sine cura
scriptæ uideri possint. Sed hic mihi illud obijcies, quod
spiritu sancto instructi, locuti sunt dei homines. Quo-
nam igitur modo tu eos locutos fuisse arbitraris? Num
uaticinantiū Phœbadumue more, ut furore quodā cor-
tepti, ipsi quid dixerint non intelligerent? Sed hæc pau-
lo post commodius excutientur. Illud autem Iacobi de
postulanda à deo sapientia, perquam insulse accipiunt.
Postulanda est à deo sapiētia, accēdo, at quomodo po-
stulanda, nempe ut uictus, ut uestitus, ut cætera huma-
no usui necessaria. Iubemur à deo panem cotidianū co-
tidie petere, & datur quidē cotidie, at nunquid oscitanti
bus? Vestitum petimus, præstatur, sed laborantibus.
Hac ratione sapiētiam quoq̄ postulamus, at ita, ut de
humana īindustria nibil diminuam⁹. An uero quæ cor-
poris

potis sūt, nō nisi industria tua tibi obueniūt quæ animi
 sunt bona, gratis accipies? Panis nīsi sudanti nō p̄sta
 tur, sapientia dormienti infunditur? Perditus & homi-
 cida sui iudicatur, qui cœlestem alimoniam expectans,
 fame mori maluit, quām pane humano labore quæsi-
 to mortem effugere: & religiosus habebitur, qui turpi-
 ter nescire p̄ceptet magis, quām ab hominē salutarē
 doctrinam accipere? At apostolis sine mortali opera
 sapientia infusa est, demus istud, & Hebræis in eremo
 ab æthere cibum depluisse legimus. Sed quām impiū
 est, uelle manna illud è cœlo p̄stolari, tantundē aut
 etiam magis impiū fuerit, apostolorū more sapientiā è
 nubibus ociosos expectare, nam uetamur euāgelica uo-
 ce, de crastino uictu, uestituue esse solliciti: nūc sapien-
 tiā quærere phibemur. Nec uitio tamē uertit, quod
 non modo in crastinū, uerū etiā in multos annos parcis-
 mus, quærimus, serimus, ædificamus, nō nostræ modo
 uitæ, uerū etiā posterorū cōsulentes, & uitio dabitur, si
 quis idē in quærēda sapientia fruge longe meliore facit?
 Illic sanā interpretationē admittim⁹, nō quærēdi panis
 Industriā nobis interdictā esse, sed inanē & anxiam soli-
 citudinē, hic cur idē nō facimus? Promissa erat sapientia
 cœlesti oraculo Solomoni: promissum erat patri regnū
 Israeliticū: neuter tamē ita oraculo cōfisus est, ut uel hic
 quicquam humani conatus præterierit, quo se dignum
 p̄staret, uel ille sapientiam languidiore studio quæsi-

S 2 uerit

ueritatem intelligebant nimirum, quod grauissime a quodam scriptum est, deos omnia nobis laboribus uendere. Dabunt igitur, sed laboranti: addent sapientiam, sed annitenti: præstabunt continentiam, sed conanti: docebunt, sed studiosos: adiutabunt, sed dimicantes. Nemine deserent: ita quidem, nisi ipse sibi defuerit: alioqui cur ipsi scripsere apostoli: cur euangelistæ: cur Hieronymus: cur Augustinus: cur cæteri nobis ingenij sui monumeta reliquerunt: Praedicta si studio coparanda est sapientia, ociosa si per somnum ociosis expectanda. Iam dedimus apostolis infusam sapientiam: mitto enim quod ante resurrectionem & post resurrectionem assiduis preceptionibus ab optimo doctore Christo sunt formati: mitto quod apud se afflue legerint, & inter se de scripturis contulerint, cur non aequaliter omnibus partem immisit: cur plus sapuit Paulus, quam Petrus: cur facundior est Iacobus Petro: cur diuinius scripsit Ioannes cæteris euangelistis: cur in ceteris sanctis doctoribus alius est alio eruditior, alius alio facundior: Eodem certe numine instructi scripserunt. Nimirum in causa est, quod spiritus ille adorandus, non parem apud omnes eruditione offendit. Auget enim ille quæ nostra peperimus industria: promouet studia nostra, aspirat nostris conatibus. Quod si fas est hoc loco poetarum fabulas admiscere, Prometheus est nobis imitandus, qui simulachro illi suo luteo uitam ex astris ausus est petere: sed tum demum, ubi quicquid humano ar-

D. ERASMO ROTEROD. AVTORE.

no artificio p̄f̄stari potuit, adhibuisset. Nos rūdē māſ-
ſam offerimus, & ſpiritu oīia nobis dormiētibus cōfe-
cturū ſperamus, nec meminim⁹, Paulum iſpsum, cui in
tertiū uſq; cōlum rapi cōtigit, libros, qui in mēbranis eſ-
ſent, per literas petiſſe, ac poſtea cū Petro, cāteriſq; apo-
ſtolis de fidei doctrina conſulisse: Apostolos iſpos non
ſemel inter ſe de religione noua cōmunicaffe, Petrum
Pauli uoce caſtigatum. Vbi tum ceſſabat ſpiritus fan-
tus? Cur legere Paulum, cur errare Petru, cur hære-
t̄mes ſinebat? Videtis ut operam humana ſpiritus hu-
ius munus non excluſerit, ſed adiuuerit. Adiuuit tamen
nonnunq; prodigioſo quodā more, ſed tum demū, cū
aut miraculū res poſtularet, aut ſtudiū humanū uince-
retur: & ex ſtudioſis multos eruditos euafiff̄, adiuto-
re hoc ſpiritu, legimus. At ex afino theologū repente fa-
ctum, quis unquā aut audiuit, aut legit? Nec quicquam
hiſ exemplis moueor, quæ uulgo narrant: alij columbā
ad aurem dicens ſcribentisue conſpectam, alij per ſo-
mnium librum traditum. Sint iſta ſanē uel conciliandas
autoritatis gratia, à beneuolis conficta: ſunt uel uera, ſi
quis pugnet, equidem haud pugno. Nihilo minus tam
tum unumquenq; eruditioē ualuiſſe uidemus, quantū
ingenio polluiſſet, quantū ſtudio cōtendifſet. Ingeniū
& indeoles multis contigere gratis: ſunt enim naturae do-
ces, uirtus & eruditio nullis. C O N S U L. Hic consul:
duobus, inquit, ſcrupulis, altero me propemodum li-
berasti

S.

berasti, si hoc unum expedias, quod nemo barbaroru
 mihi non obijcit, diuū Bernardū præter sanctitatis lau
 dem, uirum ex recentioribus, nec indoctū, nec infacun
 dum, nescio quo nam in loco ipsum fateri, se querubus
 & fagis uatum pro magistris. **BATTUS.** Sapientes pro
 fecto arbores, inquit Battus, qui talem discipulū nobis
 redidere, indignæ prorsus, quæ in móribus senescerent
 ac sues alerent, dignas quæ in cathedris theologorū po
 tius præsiderent, aut certe, ut de nauibus illis Aeneæ fa
 bulatur Maro, in Nymphas transformarentur. Deū im
 mortalem, ut nil pudet homines ipsis quercubus hebe
 tiores, quiq; iuxta poëtarū fabulas, ex arborum truncis
 natu rü uideri possint. Quid arbores homines docent? In
 ter hæc cū Battus incādesceret, Guilelmus meus ade
 rat, Socratica quadā uafricie, festiu tamē magis quād
 mordaci præditus: Age, inqt, ignosce Batte, fieri potest
 qui scis em̄ an ex illa paradisiaci nemoris arbore fuerint
 propagatae, quæ boni maliq; scientiā non habuisse mo
 do, uerū & ministrasse, legit: aut si id nō placet, quādo
 species nō cōuenit, quanq; nec apud nos species nomi
 natur, & crebia plantatione degenerare potuerūt, ex il
 larum certe genere, quæ canentē Orpheū admiratæ cō
 secutæq; fuisse narrantur, inter quas quercus in primis
 fuisse cōpertū est. Postremo scis homies olim uulgo in
 arbores trāsinutari solere. Quid si quercus illæ & fagi,
 sūmi olim fuerint philosophi, quorū longa incōmoda
 misera

miserati dīj. arbores eos esse iusserūt: sed ut tunc res ha
bet, unum hoc uehementer optarim, ut essent Erasmo
aliquot ex sapientissimis illis arboribus surculi, quos in
nouis pomarijs (quæ molitur) inferat, haberet domi,
ut Comicus ait, unde disceret. B A T T V s. Ad quæ uix
arridens Battus: erat enim commotior: lute, inquit, ride
tis in re, risu potius quam argumentatione confutanda.
Sed extra iocum, miror Bernardum, si doceri cupiebat,
ad arbores potius quam ad homines se cotulisse, ac nō
Socratē illum potius Platonicum imitatum. Huic enim
cum Phædrus locū in agris perq; amoenum ostendisset,
iamq; Socratem eius specie uehementer captū sentiret,
mirari se dicebat, quod non antea urbe relicta, rus con-
cessisset. Cui quidē ille scite respondens: Ignosce, inquit,
mihi optime Phædre, nam discendi cupidus sum: agti
uero & arbores nihil me docere possunt, sed homines
qui in urbe uersantur. Quid igitur Bernardus inter quer-
lus uersari maluit; nisi forte (quādo ridere libet) Gallia
doctiores habet arbores, quam olim habuit Græcia. Fi-
gurate dictum est, inquiunt, orabat sub arborum um-
braculis, imo & legebat, & lecta animo uoluebat, & scri-
bebat, & scribenda suo cum animo tractabat: ergo non
tam discendi quam docendi cupidus ad quercus confu-
giebat, secessum uidelicet & silētium scribētibus necessa-
rium captans. Qua quidem in re non ille supersticio-
sum agebat hominem, sed poëtarum institutum imita-
batur,

batur, qui carmen scripturi, sylvas & fontes captare con-
suecerunt. Hic si maxime pugnet sacros scriptores oran-
do eam eruditio esse consecutos, iam ipsi nobis laque
um quo capiantur ministrant. Cum enim diuus Bernar-
dus literis non modo philosophicis, uerum etiam por-
eticis instructus fuerit utique prophanis, quis iam au-
nos reprehendere, quod id nostra industria conemur
assequi quod coelestis ille spiritus aliquot felicibus im-
partiuit. Si ethnicorum eruditio spiritus sancti munus
est, igitur bona atq; expetenda, malorū em̄ non est au-
tor deus, quod si in his ethnicas fuisse negabis, ego oca-
los esse tibi negauero, si diuinā scientiā illis orantibus
infusam esse, humanā uero sibi peperisse dixeris, ridebo
cōmentū, & te uicissim criminabor, qui contra tantorū
exempla uirorū, præteritis humanis literis, ad diuinam
scientiā tam stolidē irrumpas. C O N S V L . Hic cum Bat-
tus dicendi finem facturus uideret: Perge quæso, cōsul
inquit, me etiam altero leuare scrupulo: nam nodum
ipsum modo tua sponte tetigisti, nulli apostolorum spi-
ritus coelestis prophanas literas infudit, de quibus hic
erae instituta disputatio, nō dialecticen, nō rhetoricen,
non poësim, infusurus haud dubie, sicubi hæc usui futu-
ra fuissent. B A T T V S . Ad quæ conuersus Battus.
Nemini infudit, inquit, donemus istud, at cui unquam
ademit? Petro non inspirauit, cur Paulo non ademis-
car uti non uetus? uertiturus utiq; si pertuicofas uideri
uoluisset

noluisset: quancq; quid refert, an infuderit ethnicas literas: id certe infudit, cuius gratia ethnicae literæ sunt descendæ. Si datum esset quauis lingua & integre loqui, & loquētes intelligere, nihil esset causæ, cur grāmatici mīseros adolescentes excarnificarēt, si is esset mortalium animus, qui nulla nube præpeditus, facile statimq; uerū & uideret, & ostenderet, frustra & ratiocinatione, & dialecticis argutijs exerceceremur. Si nobis esset in manu quos uellemus animorū motus & sumere nobis, & alijs exectare, sine causa rhetorū præcepta disceremus. Verum quando hæc multo sècūs habent, nee ille nobis spiritus est expectandus, disciplinis liberalibus opus est, ut uel longis ambagibus eò tādem pueniamus, quò spiritus apostolos cōpendio perduxit. Non desiderauit Petrus nostras literas, Paulū tamē adiuuerūt. Sed in re puerili plus fatis est disputatū: nam qui istam diuinam scientiam nobis solent obijcere, adeo tum ab humana, tum à diuina absunt, ut Hippocraticis potius uinculis sint. alligandi, q; ratiōibus coarguēdi. Ita simplicitatem prædūrant, ut docti tamē haberī uelint: ita se nihil didicisse tentur, ut nihil non sciant tamen. Sed hos cum sua dementia relinquamus, quod reliquū est de poētica & eloquentia disputetur. Hic cum Battus paulisper intersiluerit: Vnam, inquit, aciem, ut arbitror pfliigauimus, quā tamen non ita magni negotij fuit uincere, qui ippe neq; fatis armatā, neq; ita capitaliter infestam: reliquum est,

S 5

ut cōsu.

ut cōfutemus eos, qui negant eloquentiæ dare operam
 Christianū oportere, uerum huic bello non paulo diffi-
 ciliori Imperatorem præficiendū censeo, cum integrū:
 tum meliore. Ut enim in causis non optimis, optimus
 patronus, ita in bello durissimo, peritissimus dux quæ-
 rendus. Qui eloquentiæ studium damnent, & plurimi
 sunt, & habent fortasse quæ dicant, si non uera, at certe
 uerisimilia. Et iam tantū uerborū à me factum uideo,
 ut mirer aurium uestrarū duriciem, quæ me tot horas
 blaterantē ferre potuerint. Quare successorem mihi pe-
 to, qui quæ restant, disertius possit disputare. GVIL-
 HELMVS. Tum Guilhelmus prudenti risu: Té ne,in-
 quit, Batte, iniussu senatus ante negotiū confectum de-
 tradita prouincia decedere, ac cum iam propè debella-
 tum sit, successorem tibi nullo exēplo petere, penes quē
 omnis belli profligati sit gloria? Quod uero de melio-
 re Imperatore quærendò dicis: ambitiosus tu quidē ui-
 deri non uis, cæterum eum adhuc te ducem præstisti,
 cui prorogandū etiam sit imperiū, tantū abest, ut suc-
 cessor ante tempus sit mittendus, quare uolente senatu,
 perge, ac strenue ut cōpisti tuo munere defungere. Tan-
 tum autem abest, ut tua oratio cuiq; è nobis uisa sit lon-
 gior, ut mira quadā cum uoluptate omnes habuerit at-
 tentissimos. Dū haec inter se cauillantur illi, consulis pue-
 rum ab illius uilla recurrentem cōspicimus, is cum domi
 instructa esse omnia, corrumpi prandiū, uxorem iam-
 dudum,

dudum nos operiri, renunciasset: Age, inquit, consul, ea
mus omnes ad prandium philosophicum, non cōsula-
re uos uoco: quod reliquum est disputationis, id pome-
ridiano cōfessu in hortis meis cōficiemus. ERASMVS.
Hic ego: Itá ne mecum agitur, inquam: ni tam essem iu-
riscōsultus, in ius te uocarem: iniuriæ tecum agerem, qui
tam charos hospites sic abducas, quia luxuriosior sit ti-
bi culina, quasi domi nostræ, si frugaliter tamē, non lau-
tissime sint accipiendi. CONSVL. Tum consul:
Aequus, inquit, esse debes: ego hac pomeridi-
ana disputatione uillulam meam no-
bilitari cupio: hanc gloriæ partem
si mihi non inuides, liben-
ter nobis cōcede. Tum
uxor id iubet, cu-
ius huiuscē.
modi in rebus imperiū nosti.

ANTIBARBARORVM LIBRI PRIMI AV-
tore D. Erasmo Roterodamo,

F I N I S.

BASILEÆ APVD IOAN. FROBEN.

MENSE XBRI. ANNO

M. D. XX.



Österreichische Nationalbibliothek



+Z161815906



Digitized by Google

